LIBRI IVSTI IOB

EX CHALDAEO,

Siue Syro idiomate in Latinum nunc primum interpretatio in totius Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem edita.

A VICTORIO SCIALAC ACCVRENSI Maronita è Monte Libano, Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ professore, ac in Almo Vrbis Gymnasio publico Arabicæ linguæ lectore.



ROMÆ, Ex Typographia Spadæ. Apud Stephanum Paulinum M DC XVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

HANC libri Iob ex Chaldaico in Latinum sermonem translationem à me diligenter inspectam, non solum nihil contra fidem contineri affirmo, verum vtilitatem magnam sacræ Scripturę studiosis allaturam censeo.

Fr. Petrus de Treuio Ord. Præd. sacræ Theol. Magister, ac ad Hebræos Concionator.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. P. M. Sac. Palatij Apost.
Cæsar Fidelis Vicesgerens.

Imprimatur.
Fr. Greg. Donatus Rom. Magister, & Reuerendiss. P.F. *Hyacinthi Petronij Rom. Sac. Palatij Apost. Magistri Soc. Ord. Præd.*

PAVLO V.

PONT. OPT. MAX.



VICTORIVS SCIALAC ACCVrenſis Maronita è Monte Libano P.O.F.



VM Sanctiſſime Pater Bibliorum Chaldęorum apud Doctores textus ſumma auctoritate polleat. Ideo librum Iob, qui Chriſtum venturum antiquo tempore referebat, ex Chaldæo Idiomate de verbo ad verbum in Latinum, ſumma cum diligentia, ac fidelitate, in omnium fidelium vtilitatem tranſtuli, vt in lucem contra omnium Chriſtianæ Reipublicæ

hoſtium improbitatem ederem, dum mecum cui me illum dicaturum co gitabam, meliorem Tua Sanctitate nec reperi, nec reperire vnquam po tero, nam me tot, tantisq. beneficijs cumulaſti, vt vitam ipſam tantæ munificentiæ deberem. Tum quia variarum linguarum lucem iam extinctam Tua auctoritate, & edictis accendiſti. Beatiſſime Pater ea humanitate, ac benignitate qua ſoles om nes excipere, hoc opus, licet ſit exiguum excipere nō dedigneris. Nam ſi tibi opus gratum eſſe videro, ad totius Bibliorum voluminis interpretationem te Duce lætiſſimus aggrediar. Vale.

AD LECTOREM.

IOB Iusti nomen sortitus est, eo quod summa iustitia, & sanctitate suo tempore, apud Deum, & omnes, habebatur, licet ex Gentilium genere fuisset; Attamen Deum agnouit, & vt conuenit, coluit, & singulis diebus, vt ipse refert, sacrificium pro se, ac pro filijs, immortali Deo offerebat. Et tanta, ac talis patientiæ fuit, vt omnibus omnes ærumnas, ac calamitates patientibus, tolerantiæ exemplar proponeretur; cum mundus hoc tempore impatiens sit, vt deposita audacia, se Deo subijceret, & aduersa æquissimo animo toleraret, Iob de Syro Idiomate de verbo ad verbum interpretatus sum, ac in lucem edidi. Syri, siue Chaldæi hunc librum conscriptum esse à Moyse Prophetarum Principe affirmant, & ideo post Pentateucum ponunt, eo quod ex genere Abraham ortum habuisset, nam quintus ab Abraham fuit: sic enim numerant, filius Zarahb, filius Raguelis, filius Iisu, filius Isaac, filius Abraham, quam opinionem tenent quamplures Latini Doctores, & ego non improbo: Tu vero Lector læta fronte lege,

lege, & quicquid barbaro sermone scriptum reperies, non Interpreti, sed Chaldæis adscribe, qui alium scribendi, ac dicendi modum habent. Spero me omnibus Christifidelibus profuturum esse, nam multa contra Ecclesiæ hostium impudentiam ex hoc fonte exhaurias, sed multa alia plura ex toto Bibliorum volumine si paulisper me pertuleris, & exiguum laborem sereno vultu exceperis, quia apud me totum Chaldæum uolumen, Grammaticam, & Thesaurum seruo, vt aliquando in Christiana Reipublicæ vtilitatem edam. Vale.

IN NOMINE PATRIS ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI VNIVS DEI.

Interpretatio ex Chaldæo Libri iusti Iob A Victorio Scialach *Accurense Maronita è monte Libano.*

CAP. I.



IR vnus erat in terra Vus Iob nomen eius, vir fuit ſimplex, & iuſtus, & timebat Deum, & declinabat à
malo. 2 Et nati ſunt ei ſeptem
filij, & tres filiæ. 3 Et fuit poſ-
ſeſsio eius ſeptem millia ouium,

& tria millia Camelorum , &
quingenta iugera taurorum , &
quingentę aſinę, & ſeruitus mul
titudo valde, & vir ille maxi-
mus fuit præ omnibus filijs O-
rientis . 4 Et ibant filij eius, &
faciebant conuiuium in domo
viri diei ſui , & mittebant,& vo-
cabant tres ſorores ſuas ad adeũ-
dum, atque bibendum cum eis.
5 Et factum eſt, cum concluſi
eſſent dies conuiuij,miſit Iob, &
ſanctificauit eos , & præceſſit
Iob in matutino , & obtulit ſa-
crificia numerum eorum om-
nium . Quia dixit Iob: Ne fortè
peccauiſſent filij mei , & iniurijs
affeciſſent Deum in corde ſuo;
ſic faciebat Iob omnibus diebus.
6 Et

6 Et fuit dies, & venerunt filij
Alohim ad ſtandum coram Do-
mino,& venit etiam Satan inter
eos ad ſtandum coram Domino.
7 Dixitq. Dominus ad Satan:
Vnde venis? Reſpondit Satan,
aitq. ad Dominum: Perluſtraui
terram, & ambulaui per eam.
8 Dixitq. Dominus ad Satan:
En poſuiſti cor tuum aduerſus
ſeruum meum Iob, cui non eſt
ſimilis in terra, vir ſimplex eſt,
& rectus, & timet Deum, & de-
clinat à malo. 9 Et reſpondit
Satan,aitque ad Dominum: Ina-
ne enim timet Iob Deũ. 10 Tu
deſcendere feciſti manum tuam
ſuper eum,& ſuper domum eius
& ſuper filios eius, & ſuper om-

nia, quæ habet in omni loco; &
opus manuum eius benedixiſti,
& poſſeſſio eius multiplicata eſt
in terra. 11 Verumtamen ex-
tende manum tuam, & tange
i. aper- omnia, quæ habet, ſi nõ in * facie
te, & ſi- iniurijs afficiat te. 12 Et dixit
ne du- bio. Dominus ad Satan: Ecce om-
nia, quæ habet trado in manibus
tuis, tantummodo ſuper eum ne
extendas manum tuam: & exijt
Satan à conſpectu Domini.
13 Et factus eſt dies, & filij, &
filiæ Iob manducabant, & bibe-
bant in domo fratris ſui ſenioris.
14 Et Angelus venit ad Iob, &
i. ara- ait illi: Tauros ducebãt * iugera,
bant. & aſinæ paſcebant ad latus eo-
rum. 15 Et irruerunt latrones,
&

& duxerunt ea; & adoleſcentes
occiſi ſunt gladio, & euaſi ego
ſolus, vt indicarem tibi. 16 Et
dum loquebatur venit alter, &
dixit illi: Ignis Dei cecidit de
cælo,& conſumpſit oues, & pa-
ſtores,& combuſſit eos, & euaſi
ego ſolus, vt indicarem tibi.
17 Et dum loquebatur venit al-
ter, & dixit illi: Chaldæi diuiſi
ſunt in tres partes, & irruerunt
in camelos, & duxerunt eos, &
adoleſcentes interfecerunt gla-
dio,& euaſi ego ſolus, vt indica-
rem tibi. 18 Et dum loqueba-
tur venit alius,& ait illi: Filij tui,
& filiæ tuæ manducabant,& bi-
bebant in domo fratris ſui ſenio-
ris. 19 Et ecce ventus validus

venit à terminis deſerti, & irruit
in quatuor angulos domus, &
cecidit ſuper pueros, & mortui
ſunt, & euaſi ego ſolus, vt indica-
rem tibi. 20 Et ſurrexit Iob, &
ſcidit pallium ſuum, & totondit
caput ſuum, & cecidit ſuper ter-
ram, adorauitq. 21 Et ait: Nu-
dus egreſſus ſum de ventre ma-
tris meæ, & nudus reuertar, Do-
minus dedit, & Dominus ſum-
pſit. Sit nomen Domini benedi-
ctum. 22 Et in ijs omnibus nõ
peccauit Iob, neque blaſphe-
mauit contra Deum.

CAP. II.

ET factus eſt dies, & vene-
rũt filij Aloim ad ſtandũ co-

ram Domino, & venit etiam Sa-
tan inter eos ad ſtandum coram
Domino. 2 Et ait Dominus ad
Satan: Vnde venis tu? Reſpon-
dit Satan, dixitq. Domino: Per-
luſtraui terram, & ambulaui per
eã. 3 Et ait Dominus ad Satan:
En poſuiſti cor tuum aduerſus
ſeruum meum Iob, cui ſimilis nõ
eſt in terra, vir ſimplex eſt, &
rectus, & timet Deũ, & declinat
à malo, & vſque nunc tollerat in
ſimplicitate ſua, & priuaſti me
eo, vt perderem eum fruſtra.
4 Et reſpondit Satan, & dixit
ad Dominum: Pellem pro pel-
le, & omnia, quæ habet vir, dat
pro anima ſua, 5 & eripitur.
Et niſi extẽdero manum meam,

& tetigero carnem eius, aut os
eius; nisi in facie tua iniurijs affi-
ciet te. 6 Et dixit Dominus ad
Satan. En trado in manibus
tuis, tantum animam eius serua.
7 Et exiuit Satan à conspectu
Domini, & percussit Iob vlcere
pessimo à planta pedis eius, vsq;
ad verticem eius. 8 Et sumpsit
sibi testam ad radendum cum
ea, & sedebat super cinerem.
9 Et dicebat illi vxor eius: Etiã
vsque nunc tolleras in simplici-
tate tua. Iniurijs affice Deum, &
morere. 10 Et dicebat ad eam,
vt loquitur vna ex stultis, locuta
es. Bona Dei nostri suscepimus,
& mala eius non suscipiemus?
in ijs omnibus non peccauit Io&

neq;

neque blaſphemauit aduerſus
Deum labijs ſuis. 11 Et audie-
runt tres amici Iob vniuerſum
malum hoc, quod venit in eum,
& confluxerunt, veneruntq. ad
eũ*vir à regione ſua Eliphoz Ta i.quili-
monitas, & Beldot Sciuitas, & bet vir.
Zuphor Nacamotitas,& conue-
nerunt ſimul ad veniendum, &
ad leniendum dolorem eius, &
ad *conſolandum eum. 12 Et e- i.conſo
leuauerunt oculos ſuos de lon- larētur
ginquo,& non cognouerunt eũ,
& eleuauerunt vocem ſuam, &
fleuerũt,& ſciderunt * vir palliũ i. ſingu
ſuum, & aſperſerunt puluerem li viri.
ſuper capita ſua ad cælum. 13 Et
ſederunt cum eo ſuper terram
ſeptem dies,& ſeptem noctes, &

ne-

nemo fuit qui dixerit verbum, quia viderunt inualuiſſe vulnus eius valde.

CAP. III.

ET poſtea aperuit Iob os ſuum, & maledixit diem in quo natus eſt. Reſpondit Iob, &
dixit. 2 Pereat dies in quo na-
tus ſum, & nox in qua dictus eſt
conceptus eſt vir. 3 Dies ille
ſit tenebræ, ne vindicet eũ Deus
ſurſum, & ne oriatur ſuper illum
lux. 4 Cooperiant illum tene-
bræ, & vmbræ mortis. 5 In-
clinet ſe ſuper illum nubes, ma-
ledicant illum * amari diei.
6 Noctem illam cooperiat ca-
ligo

* i. amarũ reddentes diem.

ligo, dies ille non computetur
in numero dierum anni, & per
numerum mensium ne ingredia
tur. 7 Nox illa sit † priuata, & †Steri-
ne ingrediatur per eam laus. 8 lis, infę-
Maledicant eam maledicentes cunda.
diem, ij qui parati sunt ad susci-
tandum Leuiatan. 9 Obtene-
brescant stellæ auroræ eius, ex-
pectent lucem, & non erit ei, &
non videbit radios auroræ. 10
Eo quod non clausit ostium vi-
scerum matris meæ, & tetigit
opera ab oculis meis. 11 Qua-
re non mortuus sum à vulua? &
de conceptione quare egressus
sum? perij autem. 12 Quare
educarunt me genua? & ex v-
beribus quare lactatus sum?

13 Forsitan autē nunc cubabā,
& silebam, & dormiebam, 14
Et quiescebam cum Regibus, &
Principibus terræ, qui ædificant
sibi * solitudines. 15 Aut cum
Principibus qui habent aurum,
& repletæ sunt domus eorum ar
gento. 16 Aut cum abortiuis
abditis quomodo non fui, & si-
cut infantes, qui non viderunt
lucem. 17 Quia ibi iniqui con-
ticuerunt ab eo, quod irritarent,
& ibi requiescūt ij, qui defatigan
tur in vita sua. 18 Et simul iun
cti cessant, & non audiunt vo-
cem subijcientis. 19 Paruus &
magnus ibi est, & seruus, qui li-
beratur ab hero suo. 20 Qua-
re datur lux laborantibus? & vi-

*vel enses, gladios, lanceas.

ta amaris animi? 21 Qui expe-
ctant mortem, & non eſt, & quę-
runt eam vt theſaurum. 22 Qui
gaudent, & congregantur, & e-
xultant cum inuenerint ſepul-
chrum viro. 23 Cuius via ab-
ſcondita eſt, & deſcendit Deus,
ſuper eam peruenit. 24 Ante
panem meum ſuſpirium meum
ingreſſum eſt, & effuſi ſunt vt
aqua gemitus mei. 25 Quia ti-
mor quem timebam euenit mi-
hi, & id quod timebam, contigit
mihi. 26 Non ſilui, neque quie-
ui, & non deſcendi, & venit in-
dignatio.

CAP. IV.

ET respondit Eliphaz Te-
monitas,& dixit. 2 Si cępe
ro loqui tecum de fatigaberis,&
cohibere verba à te quis poteſt?
3 En erudiuiſti multos, & ma-
nus diſſolutas corroborabis. 4
Infirmi non confirmabũt verba
tua, & genua trementia fortifi-
cabis. 5 Quia nunc venit aduer
ſus te, & elaboraſti, & peruenit
ad te, & obſtupuiſti. 6 En ti-
mor tuus ipſe eſt criminatio tua,
& ſpes tua, & ſimplicitas viæ
tuæ. 7 Recordare quiſnam eſt
innocens, qui perijt, & vbinam
rectus qui confuſus eſt? 8 Si-
cuti

cuti vidiſti, qui currunt per ſul-
cum, & ſeminant laborem, me-
tent illum. 9 Et à ſpiraculo Dei
peribunt, & à ſpiritu furoris eius
deficient. 10 Rugitus leonis, &
vox catuli leonis, & dentes leo-
num contriti ſunt. 11 Leo pe-
rijt ab eo qui non habet contri-
tionem, & filij leonum diſſipati
ſunt. 12 Et mihi ſermo reddi-
tus eſt, & ſuſcepit auris mea, vt
minorem ſe. 13 In ſilentio in
viſione noctis, in deſcenſu ſomni
profundi ſuper homines. 14 Ti-
mor vocauit me, & tremor, &
multitudo oſſiũ meorũ tremefa
cta ſunt. 15 Et ſpiritum ſuper
faciem meam traduxit, & elatus
eſt capillus carnis meæ. 16 Et
ſteti,

ſteti, & non intellexi, & non fuit
viſio contra oculos meos, & con-
centum, & vocem audiui dicen-
tem. 17 Homo à Deo iuſtifica-
bitur? aut ab opifice ſuo mun-
datur vir? 18 Ecce in ſeruis ſuis
non credit, & in Angelis ſuis po
net ſtuporem. 19 Etiam ij, qui
habitant in domibus luti, qui pul
uere exornantur, humiliabuntur
ante caliginem. 20 A mane vſ-
que ad veſperas humiliabuntur,
ne apponantur habitatores in
æternum, & peribunt. 21 Ec-
ce ſumit lucrum eorum ab eis, &
nomen eorum in ipſis morien-
tur.

CAP. V.

VOca me si est aliquis, qui
exaudiat te, & ad quemnã
ex Sanctis conuerteris? 2 Quia
stultum interficit furor, & stul-
tum interficit odium. 3 Ego vi-
di impium prosperatum, & peri-
re habitaculum eius extemplo.
4 Elongabuntur filij eius à salu
te, & humiliabuntur in porta, &
non est qui redimit eos. 5 Quod
messui, famelicus comedet, & in
sitim effundentur, & perdet sitis
possessionem eorum. 6 Quia
non prodit de puluere falsitas,
neque de terra splendet iniqui-
tas. 7 Quoniam homo ad labo
rem natus est, & filij auium ex-

tollunt alam. 8 Verumtamen
ego inquiram de Deo, & ad Deũ
ponam verbum meum. 9 Qui
fecit magnifica sine termino, &
miracula sine numero. 10 Qui
dat pluuiam super faciem terræ,
& mittit aquas super faciem pla-
tearum. 11 Vt ponat subiectio-
nẽ in celsitudine, & humiles cor-
roborabuntur redemptione.
12 Annullat cogitationes sapien
tum, ne transeant manus eorum
ad sapientiam. 13 Tenuit sapien-
tes sapientia eorum, & mentem
versipellium dissoluit. 14 Per
diem contractabunt vt in tene-
bris, & vt in nocte palpabunt per
meridiem. 15 Redemit à gla-
dio os eorũ, & à manu fortis pau
perem.

perē. 16 Et erit pauperi ſpes, & iniquitas obturabit os eius. 17 Beatitudo viro quē corripiet Deus, & correptionē potentis nō deſpiciet. 18 Quia ipſe cōfringit, & reſarcit, & flagellat, & manus eius ſanant. 19 In ſex mœroribus ſaluabit te, & in ſeptem non approximabit ad te malum. 20 In fami ſaluabit te à morte, & in bello de manibus gladij. 21 A virga linguæ protegeris, & non timebis à confractione cum venerit. 22 Direptioni, & fami irridebit, & ab animali deſerti ne timeas. 23 Quia cum lapidibus deſerti ſtatus tuus eſt, & animal deſerti traditum eſt tibi. 24 Et ſcies pacem eſſe tabernaculum

tuum, & reuerteris in habitacu-
lum tuũ, & non peccabis. 25 Et
ſcies multiplicatum eſſe ſemen
tuum, & prolem tuam vt her-
bam terræ. 26 Et ingredieris
placide in ſepulchrum, vt aſcen-
* i.triti ſus * acerui in tempore ſuo. Hoc
ci, vel ordei, inueſtigamus, & ita audiuimus il
& ſimi- lud, & tu qui adhuc habes.
lia.

CAP. VI.

ET reſpondit Iob, & dixit.
2 Vtinam autem appende-
retur furor meus, & id, quod eſt
intellectus mei, in ſtatera ſimul.
3 Quia nunc arena marium for
tior factus eſt, propterea ſermo-
nes mei cohibiti ſunt. 4 Quo-
niam

niam sagittæ fortis in carne mea,
& ira eorum bibit spiritum meũ,
& terror Dei tremefecit me.
5 Nunquid odorat onager su-
per herbam ? an clamat taurus
*super calidum? 6 An comedi- *aduer
tur insulsum sine sale? an cum ha sus.
beat gustum simplicis absyntij?
7 Tæduit animam meam in sua
contentione, an vlulat vt ebrius
bellum meum? 8 Quis dabit vt
veniat petitio mea, & spem meã
dabit Deus? 9 Et supplicabitur
Deus, & mundabit me, & exten
det manum suam, & complebit
me. 10 Et erit etiam consola-
tio mea, & complebor etiam vir
tute sine pietate, quia sum men-
titus verbo Sancti. 11 Et *qua- *quãta
B 3 lis

lis eſt illa fortitudo mèa vt ſuffe-
ram? Et quis eſt finis meus, vt pa
tientiam habeam? 12 Niſi ſit vt
fortitudo lapidis, fortitudo mea,
an caro mea æris eſt? 13 Ecce
non eſt auxilium eius in me, & ſa
lus eius elõgata eſt à me. 14 Qui
cohibet pacem ab amico ſuo,
timorem Altiſſimi derelinquit.
15 Fratres mei mentiti ſunt, vt
fontes, & vt torrentes quæ tran-
ſeunt. 16 Timebãt glaciẽ, ſuper
eos multiplicata eſt nix. 17 Et
in hora qua oriturus ſit in eis diſ-
ſoluuntur, & ob calorem ſuum
diſſoluendi ſunt de loco ſuo.
18 Illaqueabuntur ſemitę viarũ
eorum, & aſcendent per deuia-
tiones, & peribunt. 19 Qui in-
tuiti

tuiti ſunt vias Auſtri, & ſemitas
Sciaba expectarũt vos. 20 Con-
fuſi ſunt in eo, in quo confuſi
ſunt, & peruenerunt ad illud, &
erubuerunt. 21 Etiam vos fa-
cti eſtis contra me, quia adhuc
conſideratis timorem, timetis.
22 Niſi autem dixiſſem vobis,
date mihi, aut de opibus veſtris
donate pro me. 23 Et eripite
me de manibus contriſtantium
me, aut de manu fortiorum libe
rate me. 24 Docete me, & ego
tacebo quid oblitus ſum in ore
meo. 25 Quare expellitis di-
ctum veritatis, quis reprehendit,
& redarguit è vobis? 26 Ecce
ad reprehendendum verba ex-
cogitatis, & aduerſus ſpiritum

meum verbum meum conſide-
ratis. 27 En contra pupillum
magnificamini, & contriſtatis a-
micum veſtrum. 28 Et nunc
obedite, & conſiderate, & co-
ram vobis eloquar, & non men-
tiar. 29 Pæniteat vos nunc, &
ne ſitis veluti infantes. 30 Pæ-
niteat itaq; vos, & vincite, num-
quid eſt in lingua mea iniquitas?
an os meum non loquitur veri-
tatem?

CAP. VII.

EN tempus eſt homini ſuper
terram, & ſicut dies merce-
narij ſunt dies eius. 2 Et ſicut
ſeruus qui expectat vmbram, &
ſicut

ſicut mercenarius qui expectat
finire opus ſuum. 3 Sic hæredi-
taui mihi menſes inanes, & no-
ctes laboris non ſunt numeratæ
mihi. 4 Si dormiuiſſem, & di-
xiſſem, quando conſurgam? Et
metior veſperas, & dormio, &
moueor vſque ad auroram. 5 In-
duta eſt caro mea puluere, et cor
pus meum terra, pellis mea de-
bilitata eſt, et putruit. 6 Dies
mei accelerati ſunt filum textri-
næ araneæ, et conſumpti ſunt,
eo quod non eſt ſpes. 7 Memen-
to ſpiritum viuum eſſe, et re-
uertetur oculus meus ad viden-
dum bonum. 8 Non gaudet mi-
hi oculus, qui videt me, et ocu-
li tui in me, et non ſum. 9 Si-
cut

cut consumitur nubes, et abit,
ita qui descendit ad inferos non
ascendit. 10 Neque reuertitur
rursus ad domum suam, neque
amplius percipit locum suum.
11 Nec ego etiam cohibebo os
meum, eloquar in mœrore spi-
ritus mei, et repetam in amaritu-
dinibus animæ meæ. 12 Mare
ego sum? an cætus? quia consti-
tuis super me custodes. 13 Quia
dixi te consolaturum esse me, et
fiduciā habebo à perturbationi-
bus accubitus mei. 14 Et ecce
terrificasti me somnijs, et visio-
nibus tremefecisti me. 15 Et
inuestigasti animam meam prop
ter perditionē, et ossa mea prop-
ter mortem. 16 Succidit me,
neque

neque in æternum viuus ſum, re-
cede à me, quia vanitas ſunt dies
mei. 17 Quid eſt homo vt per-
das eum, et apponas contra eum
cor tuum? 18 Et viſitabis eum
in matutino, et in tempore inue-
ſtigabis eum. 19 Quouſque non
remittis mihi, ne derelinquas me
donec inglutiam ſaliuam meam?
20 Si peccaui, quid faciam tibi
factor hominum? quare poſuiſti
me vt occurrerem tibi, & factus
es ſuper me onus? 21 Et quouſ
que non remittes delicta mea, &
auferes peccata mea? Quia nunc
ſuper terram recubabo, & quæ-
res, & non ero.

CAP.

CAP. VIII.

RESponditq. Beldot Sciuitas,
& dixit. 2 Vſquequo lo-
queris hæc, & ſpiritu elato ple-
num eſt os tuum? 3 Num Deus
coinquinat iudicium? an fortis
*mitte inquinat iuſtitiam? 4 Si filij tui
*cū peccatis eorum. peccauerint ei, *miſit eos ob pec
cata *eorum. 5 Attamen tu de-
precare Deum, & forti ſupplica.
6 Si iuſtus es, & rectus, nunc ſu-
ſcitabitur in te, & * cõplebit ha-
*pacificabit. bitaculũ iuſtitiæ tuæ. 7 Et erit
prioritas tua exigua, & finem
tuum multiplicabit valde. 8 In-
terroga de generationibus prio-
ribus, & percipe explicationẽ Pa
trum

trũ eorũ. 9 Quia heri nos igno-
ramus, & ſicut vmbra ſunt dies
noſtri ſuper terram. 10 Et ecce
ipſi docebunt te, & dicent tibi,
& ex corde eorũ procedent ver-
ba. 11 Nunquid multiplicatur
palus in loco ſitienti? an creſcit
iuncus, vbi nõ eſt aqua? 12 Quia
adhuc in fructu ſuo non vinde-
miatur, & ante omnem herbam
areſcit. 13 Sic ſunt viæ cuiuſ-
cumque, qui obliuiſcitur Deum,
& ſpes gentilis peribit. 14 Et
diſcerpetur fiducia eius, & do-
mus aranei domus eius. 15 Con-
fidet in domo ſua, & non perma
nebit, & tolerabit, & non erigi-
tur. 16 Vt humiditas ante ſo-
lem. 17 Et ſuper fluctus radi-
ces

ces eius fulcientur, & domum
lapidum videbit. 18 Si eradica
bit eam de loco eius, & mentitur
ei, & dicet ei, non vidi te. 19 En
ipse perscrutatur omnes vias eius,
& de terra alius splendet. 20 Nõ
despicit Deus simplices, & non
tenet manum maleficorum.
21 Donec impleatur os tuum ri-
su, & labia tua laude. 22 Et o-
sores tui induentur confusione,
& tabernaculum impiorum ni-
hil est.

CAP. IX.

ET respondit Iob, & ait. 2 Ve
re scio ita esse, & non vincit
Deum homo. 3 Si voluerit iu-
dicare

dicare cum eo, vnum de mille
non reſpondet ei. 4 Sapiens cor-
de eſt, & fortis virtute, quis in-
duruit apud illum, & facta eſt ei
pax? 5 Ille qui transfert mon-
tes ignorat, & reuertit illos in fu-
rore ſuo. 6 Ille qui terrificauit
terrã à radicibus eius, & habita-
tores eius horreſcũt. 7 Ille, qui
dixit Soli, & non ortus eſt, & in
facie ſtellarum ſignauit. 8 Ille
qui extendit cœlum ſolus, & gref
ſus eſt ſuper ſtabilitatem maris.
9 Ille qui fecit Hyadas, & gemi-
nos, & gigantes, & circumdedit
Auſtrum. 10 Ille qui facit ma-
gnifica ſine fine, & fortia ſine nu
mero. 11 En ſi tranſiuerit ſuper
me, non video eum, & ſi perlu-
ſtra-

ſtrauerit circa me non intelligo
eum. 12 Et ſi fregerit, quis prę-
cipiet in manu eius, & quis dicet
ei, quid facias? 13 Deus non re-
uocat furorem ſuum, & ſub eum
humiliabuntur adiutores multo-
rum. 14 Ego autem etiã exau-
diam illum, & diſponam verba
mea ante eum. 15 Niſi iuſtifi-
catus fuero, non exaudiar, & Iu-
dici meo ſupplicabo. 16 Si in-
uocauero exaudiet me, non cre-
do donec audiuerit vocem meã.
17 Quia in omni pilo capitis
mei, cum fortitudine percuſſit
me, & multiplicauit vulnera mea
gratis. 18 Et non permiſit mi-
hi, vt requieſceret ſpiritus meus,
quia ſaturauit me amaritudini-
bus,

bus, & inebriauit me amariori-
bus. 19 Si in virtute validus eſt,
& ſi ad iudicium quis occurret
ei? 20 Si vicero, os meum con-
demnabit me, ſimplex ſum, &
peruerſus ſum mihi. 21 Simplex
ſum, & ignoro, anima mea con-
tempſit vitam meam. 22 Vnũ
eſt, proptera dixi, quod iuſtos,
& impios ipſe conſumit. 23 Si
virga eius extemplo interficit, &
de contemptione innocentium
illudit. 24 Terram dedit in ma-
nu impij, & facies iudicum aper-
tæ non ſunt, ſed furorẽ eius quis
tolerabit? 25 Dies mei accele-
rati ſunt magis quam curſoris, fu
gerunt, & non viderunt bonum.
26 Tranſierunt cum multis na-

uibus inimicorum, ſicut aquila,
quæ volat ſuper eſcam ſuam.
27 Cum diſſolutis oblitus ſum
hiſtoriarum mearum, ſi dereli-
quero cogitationẽ meã, aut ver-
ba mea, contriſtor. 28 Et ſi in-
gemuero, timeo omne ſuppli-
ciũ, quia ſcio quod tu non iuſtifi
cas me. 29 En ſi condemnatus
fuero, cur vt vanitatem conſu-
mas me? 30 Et ſi lotus fuero
aquis niuis, & mundabor purita-
te manuum mearum. 31 Tunc
voragine ſubmerges me, & elon
gabitur à me indumentum meũ.
32 Quoniam nõ eſt vir, vt ego,
cui dabo reſponſionem, & ingre-
diamur ſimul in iudiciũ. 33 Vti-
nam autem eſſet pauper, qui po-
neret

neret manum ſuam ſuper os no-
ſtrum amborum. 34 Et tranſ-
ferret à me virgam eius, & ti-
mor eius non terrificabit me.
35 Loquar,& non timebo eum;
quia non fui contrarius ei.

CAP. X.

CONtriſtata eſt anima mea in
vita mea, cogitaui in men-
te mea,& loquar in amaritudini-
bus animæ meæ. 2 Et dicã Deo
ne cõdemnes me, & indica mihi,
qua de re iudicas me? 3 Nõne ſuf
ficit tibi,quod opprimis, & deſpi
cis laborem manuum tuarum,
& mentem impiorum reſpexiſti?
4 Nunquid oculi tui oculi car-

nis sunt? An sicut visus hominis
vides tu? 5 An dies tui sicut
dies hominum sunt? An anni tui
sicut dies hominis sunt? 6 Et ex-
crutaris delicta mea, & peccata
mea. 7 Et agnoscis me esse inno-
cẽtem, & nemo de manibus tuis
liberatur. 8 Manus tuę elabora-
uerunt in me, & fecerunt me, &
deinde vis condemnare me, &
submergere me? 9 Memento
quod vt lutũ fecisti me, & in pul
uerem redigis me. 10 Et sicut
lac nutriuisti me, & vt caseum
coagulasti me, pelle, & carne ve
stisti me, neruis et ossibus conf
masti me. 12 Vitam, et pace
fecisti mecum, et mandata t
custodiuit spiritus meus. 13 I
hæc

hæc abſcondi in corde meo. Scie
bam hoc fuiſſe in mente tua.
14 Quod ſi peccauiſſem, cuſto-
dis me, et à peccatis meis non iu-
ſtificas me. 15 Si peccauiſſem
væ mihi, et ſi iuſtificatus fuero
non leuabo caput meum, ſum ſa-
turatus opprobrio, et vidi humi-
litatem meam. 16 Et ſi eleuatus
fuero, vt leo capies me, et con-
uerſus viriliter agis contra me.
17 Et adaptas arma tua contra
me, et multiplicas furorem tuum
in me, et exercitus pullulare facis
contra me. 18 Et quare de vul-
ua eduxiſti me? conſumptus au-
tem ſum, et oculus nõ videt me.
19 Et fui ac ſi nõ eſſem, et de ven
tre ad ſepulchrum perduxerunt

me. 20 Exigui sũt dies vitæ meę.
Discedite à me, et silebo, et quie-
scam paululum. 21 Antequam
vadam, et amplius non reuertar
ad tenebrosam terram vmbrarũ
mortis. 22 Terram desertam, vt
foueam, et vmbras mortis, et nõ
sunt in ea ordines generationũ,
& est terribilis valde sicut fouea.

CAP. XI.

ET respondit Zuphor Naca-
motitas, et dixit. 2 In mul-
titudine verborum non exaudit,
neque vir eloquens sermonibus
suis iustificatur. 3 En propter
verba tua mortui tacebunt, tu
loqueris, & non est qui prohibet

te,& ſi illuſeris non eſt qui redar
guit te. 4 Et dicis, iuſte conuer-
ſatus fui, & mundus eram in ocu
lis animæ tuæ. 5 Veruntamen
quis enim effecit, vt daret Deus
reſponſionem, & eleuaret labia
ſua tecum? 6 Et oſtenderet tibi
abſcondita ſapiẽtiæ, quia ſunt ip
ſi ſapientiæ horrea, & ſcires re-
mittere tibi Deum peccata tua.
7 Explanationem Dei potes ſci-
re? An ſuper terminum poten-
tis potes ſtare? Celſitudinem cœ
li cognoſcis? Aut profunditatem
inferni vnde cognoſcis? 9 Lon
gior terra eſt menſura eius, & la-
tior mari. 10 Si tranſierit, tene-
bit, & congregabit. quis auertit
eum? 11 Quia ipſe ſcit quando

factum est tempus, & videt ini-
quitatem, & ipse percipit. 12 Et
vir mundus confidit, & vt gigas
adiuuat hominem. 13 Tu sta-
bilisti cor tuũ, & extendisti ma-
num tuam ad eum. 14 Si vero
est iniquitas in manibus tuis re-
mouebat illam, & non habitare
fecisti in tabernaculo tuo iniqui-
tatem. 15 Et tunc eleuabis, &
à tristitia non timebis. 16 Et
tunc opus tuum obliuisceris.
17 Et quasi aquę transeuntes du
ceris. 18 Et de meridie consur-
get rubor, & caligo, vt matuti-
num erit, & confide esse spem, &
dormies. 19 Et requiesces, &
non est qui suscitat te, requirent
faciem tuam multi. 20 Et ocu
li

li impiorum obtenebreſcent, & firmamentum eorum peribit ab eis, & ſpes animarum eorum.

CAP. XII.

ET reſpondit Iob, & dixit.
2 In veritate vos eſtis populus, & vobiſcum morietur ſapientia.
3 Etiam cor eſt mihi ſicut vobis, & non fui minor vobis, cui contigerunt vt huiuſmodi.
4 Et factus eſt riſus ſocijs ſuis, & inuocauit Deum, & exaudiuit eum, quia vult iuſtos, qui sũt ſine macula.
5 Ad ſeparandũ contemptum, & iniquitatem, & ad ſtabiliendũ pedem mobilem.
6 Transferent tabernacula diripien-

pientum, & fiduciam eorum, qui
ad iracundiam prouocāt Deum.
7 Quia non habent Deum in cor
de ſuo. Sin minus, interroga ani-
mal & docebit te, & volatile
cœli, & oſtendet tibi. 8 Refer
terræ, & docebit te, & narrabũt
tibi piſces qui in mari sũt. 9 Quis
ignorat hæc omnia, quod manus
Domini fecit hæc? 10 Quia in
manu eius ſunt animæ omnis vi-
uentis, & ſpiritus omnis carnis,
& hominis. 11 Auris audit ver
ba, & palatus guſtat cibus. 12 Et
in ſenioribus ſapientia, & longitu
dine dierũ intelligentia. 13 Cum
eo eſt ſapientia, & præſtantia, il-
lius eſt mẽs, & intellectio. 14 En
ſi ipſe euerterit quis ædificat? &

ſi clauſerit in facie hominis, quis
aperit? 15 Si increpauerit a-
quas, areſcunt, & ſi miſerit eas
euertunt terram. 16 Illius eſt
firmamentum & ſapientia, illius
eſt fortitudo, & redemptio.
17 Gubernat reges cum ſtupore,
& iudices ipſe cõtemnit. 18 De-
mittit reges in terram, & ligat
cingula in dorſis eorum. 18 Gu-
bernat ſacerdotes cum ſtupore,
& fortes debilitat. 20 Aufert
verbum à fidelibus, & guſtum
ſenum tollit. 21 Effundit con-
temptum ſuper potentes, & cõ-
ſtantiam potentium ipſe diſſol-
uit. 22 Reuelat profunda à te-
nebris, & educit lucẽ ab vmbris
mortis. 23 Errare fecit popu-
los

los,& dissipat eos,extẽdit popu-
los, & deperdit eos,extendit gen
tes, & remittit eis. 24 Despicit
cor Principũ populi terrę,et sedu
cit eos cũ inuio sine via. 25 Pal
pabunt in tenebris, & non in lu-
ce, tractabunt tenebras, & non
lucẽ,et errare fecit eos vt ebrios.

CAP. XIII.

ECce hęc omnia vidit oculus
meus, & audiuit auris mea,
& intellexi. 2 Secundum scien-
tiam vestram cognosco etiam e-
go,& non fui minor vobis. 3 Ve
rumtamen ego ad potentem lo-
quor,& paupertatem meã apud
Deum ostendam. 4 Verumta-
men

men vos eſtis loquentes falſum,
& corrupti vos eſtis, ſine vlla re.
5 Quis autē fecit vt ſilēdo ſilere
tis. Et factū eſt autem hoc vobis
in ſapientiam. 6 Audite itaq; cor
reptionem meā, & auſcultate iu
dicium labiorum meorū. 7 De
Deo loquimini iniquitatē, & de
eo loquimini fraudē? 8 Faciem
eius ſumitis? An cum Deo iudi-
catis? 9 Valde iudicatis vos, quia
inueſtigat vos? An vt iudicatur in
quolibet homine, iudicamini in
eo? 10 Arguendo arguet vos, &
an perſonā eius ſumitis? 11 Ti-
mor eius terrificabit vos, & tre-
mor eius cadet ſuper vos. 12 Me
mentote de puluere eſſe poteſta-
tem veſtram, & ſuper latus luti
atrium

atrium vestrum. 13 Tacete à
me, & loquar etiam ego, & dicã
omnia quę transierunt super me.
14 Quare accipio carnem meam
dentibus meis, & anima mea po-
sita est in manibus meis? 15 Et
si occiderit me, ipsũ expecto tan
tum. 16 Verumtamen viæ meæ
ante eum sunt, ac etiam ipse erit
mihi Redemptor, quia non in-
greditur ante eum commutatio.
17 Audite auditionẽ verborum
meorũ, & demonstrationem meã
dicam coram vobis. 18 En etiã
adduco iudicium meum, & scio
me esse innocentem. 19 Quis
iudicat mecum vt nunc taceam,
& requiescam? 20 Duo tamen
ne transferas à me, & tunc à con-
spectu

ſpectu tuo non in obliuionem
veniam. 21 Manus tua ne re-
cedat à me, & timor tuus ne ter-
rificet me. 22 Et voca me, &
ego reſpondebo, aut ego loquar,
& reſponde mihi ſermonem.
23 Quot ſunt mihi delicta & pec
cata? Delicta mea, & peccata
mea indica mihi. 24 Cur auer-
tis faciem tuam à me, & reputa-
ſti me tibi vt inimicum? 25 Fo-
lium aridum, quod decidit, con-
culcas, & ſtipulam ſiccam perſe-
queris. 26 Scripſiſti aduerſum
me correptionem meã, & recor-
dari facis contra me peccata pue
ritiæ meæ. 27 Et poſuiſti pedes
meos in compede, & obſeruaſti
omnes vias meas, & ſuper ſtabili-

tatem

tatem pedum meorum videbis.
28 Et factus est vti vterculus,
qui conteritur, & vt indumen-
tum, quod comedit tinea.

CAP. XIV.

ITa est homo natus mulieris,
& exiguus est dierum, & pa-
titur motiones. 2 Et vt herba
egreditur, & arescit, & siccatur,
& fugit vt vmbra, & non perma
net. 3 Etiam super hoc aperui-
sti oculos tuos, & ipsum introdu
cis in iudicium tecum. 4 Quis
dabit mundum de cōtaminato?
nec etiam vllus. 5 Si scissi sunt
dies eius, & numeri mensium eo-
rum abscissi sunt, legem fecisti ne
tran-

transiret ab ea. 6 Et perseuera-
bit donec currat sicut mercena-
rij dies eius. 7 Quia lignũ habet
spem, quod si abscissum fuerit
rursus germinabit, & frõdes eius
non deficient. 8 Et si senuerit
in terra radix eius, & in puluere
mortuum fuerit germen eius.
9 Ex odore aquæ frondescit, &
faciet folia vt planta. 10 Et vir
moritur, & conteritur, & consu-
mitur homo, & non est. 11 De-
ficient aquæ de mari, & flumen
vastatur & arescit. 12 Et homo
qui recubat, non permanet do-
nec consumentur cœli, non ex-
pergiscentur, neque mouentur
de somno suo. 13 Quis vero ef
fecit vt in inferno abscondisses

me, & protegiſſes me donec tran
ſiſſet furor tuus? Et poſuiſti au
tem mihi pactum, & recordatus
es mei. 14 Si mortuus homo
fuerit, forſitan viuit. Et omnes
dies adoleſcentiæ ſuæ expectat,
donec veniat ſenectus eius. 15 Si
vocaueris me, reſpondebo tibi,
& de opere manuum tuarum ex-
cogitabo. 16 Propter greſſus
meos, qui ſunt nunc, ne numeres,
& ne obſerues aduerſus me pec-
cata mea. 17 Signa in crume-
nis delicta mea, & elonga à me
peccata mea. 18 Vere ne mons
fortis ruit? An ſcopulus mouea-
tur de loco ſuo? 19 Lapis con-
teritne aquas? an limus puluerem
terræ, ſpem hominis perdidiſti?

20 Corroborabis eam in æter-
num, & ambulabit cum confu-
ſione faciei ſuæ, inchoabis eum.
21 Si multiplicati fuerint filij
eius ignorat, & ſi diminuti fue-
rint non cognoſcit eos. 22 Ve-
rumtamen caro eius de illo do-
lebit, & anima eius ſuper illum
contriſtabitur.

CAP. XV.

ET reſpondit Elizaph Tamo
nites, & dixit. 2 Sapiens
ſpiritu reſpondeat, reſpondeat
cum ſapientia, & repleat ira ven-
trem ſuum. 3 Ad arguendũ ver
ba, quæ non proſperantur, & in
verbis in quibus non eſt vtilitas.

4 Etiam tu destruis timorem,&
multiplicas, tu loqueris coram
Deo. 5 Quia docebit os tuum
peccata, & tu vis linguam frau-
dis. 6 Condemnabit te os tuum,
& non ego, & labia tua testabun
tur de te coram me. 7 Forsitan
ante homines natus es, aut ante
colles tu cōceptus es? 8 De my
sterio Dei audisti?& reuelata est
tibi sapiētia? 9 Quid nosti,quod
nos ignoramus,aut quid percipis
quod non fuit apud nos? 10 En
est in nobis,qui est senex, etiā tu
in nobis,qui senior e s, & qui an-
tiquior etiam patre tuo diebus.
11 Expelle ex te minas Dei,&
loquere cum requie apud ani-
mam tuam. 12 Cur eleuatum
est

eſt cor tuum, & cur eleuantur
oculi tui. 13 Quia eleuas ad
Deum ſpiritum tuum,& profers
de ore tuo verba. 14 Quid eſt
homo vt vincat, aut quis iuſtifi-
cabitur natus mulieris? 15 En
in Sanctos non credit,& cœli nõ
ſunt mundi ante eũ. 16 Etiam-
ſi contemptus fuerit, & pertur-
batus fuerit vir,bibet iniquitatẽ
quaſi aquam. 17 Oſtendam ti-
bi,audi me,& id quod vidi,repe-
tam. 18 Quod ſapientes oſten-
derunt,& non celauerunt Patres
eorum. 19 Illis ſolis data eſt ter
ra,& non tranſiuit alienigena in-
ter eos. 20 Omnibus diebus im
pij magnificatur,& numerus an-
norum eius reſeruatur omnipo-

tenti. 21 Vox terrẹmotus in au-
ribus eius, & cum pace direptor
veniet, aduersus eum. 22 Non
credit quod reuertitur de tene-
bris, videt vastitatem. 23 Fugit
ad minas iudicij, & quis est ille,
qui scit paratũ esse in manu sua
diem tenebrarum? 24 Terrebit
eum tribulatio, & tristitia com-
prehendet eum, sicut regem pa-
ratum ad bellum. 25 Quia ele-
uauit contra Deum manũ suam,
& contra potentem corrobora-
tus est. 26 Et cucurrit super
eum collo elato, & coaceruatio
ceruicis eius multitudine ordi-
num scutorum. 27 Et abscon-
dit faciem eius, genu eius, & fe-
cit geminum supra Hyadem.

28 Et ſedere fecit ciuitates va-
ſtatas, quæ non ſedent. 29 Et
paratus eſt ad bellum, non per-
ſeuerabit, nec permanebit vir-
tus eius, & non iactabit verba ſu-
per terram. 30 Et non deficient
à conſpectu tenebrarum, & fron
des eius arefaciet flamma, con-
temnetur ſpiritus oris ſui. 31 Et
non credet mendacio ſeducenti,
quia fruſtra factum eſt germen
eius, & ſine diebus ſuis arefactus
eſt. 32 Et manus eius nequibũt.
33 Eradicabit vt vitim carnes
eius, & proijciet vt oleum ger-
men eius. 34 Quia congrega-
tio infidelium fiet in ſolitudinẽ,
& in ſterilitatem, & ignis, deuo-
rabit tabernaculum iniquorum.

35 Conceperunt iniquitatem,
& pepererunt nequitiam,& ven
tres eorum pleni sunt fraude.

CAP. XVI.

ET respondit Iob, & dixit.
2 Audiui multa huiusmo-
di, & consolatores mei estis vos
omnes in iniquitate. 3 Ne con-
tristetis spiritum meũ verbis, &
liceat dicatis mihi, & nõ respon-
debo. 4 Ego etiã vt vos loquar.
Vtinam autem factæ essent ani-
mæ vestrę pro anima mea? 5 En
tentaui vos verbis meis, & moui
caput meum super vos. 6 Inue
stigastis enim verbis vestris, &
eloquium labiorum meorũ non
cohi

cohibui à vobis. 7 Si autem lo
cutus fuero non recedet dolor
meus, & si tacuero quis dilatat
mihi? 8 Quia nõ defatigauit me,
& seruauit omne testimonium
meum. 9 Et suscitauit me,& fa
ctus sum testis, & suscitatum est
in me mendacium meum, & co-
ram illo locutus sum. 10 Furor
eius confregit me, & discerpsit
me,& stridet aduersus me dentes
suos inimici mei. 11 Sociati sũt
oculos suos aduersus me, & ad-
uersus me aperuerunt os suum
cum opprobrio,& percusserunt
genas meas simul, & ira impleti
sunt aduersus me. 12 Et tradi-
dit me angelo iniquo, & manui
impij tradidit me. 13 Tacebã,
&

&c perturbauit me, tenuit ceruicem meam, & diſſipauit me, cō-
ſtituit me ſibi vt ſignum. 14 Et
multiplicatę ſunt ſagittę eius ad-
uerſus me, & iaculatus eſt in re-
nes meos, & non propitiatus eſt,
effudit ſuper terram amaritudi-
nem meam. 15 Scidit me ſciſ-
ſione intra ſciſſionem, & cucur-
rit contra me ſicut contra gigan
tem. 16 Sacco amictus ſum ſu-
per pellem meam, & inuolui pul
uere caput meum. 17 Facies
mea perturbata eſt propter fle-
tũ, & viſiones meæ propter vm-
bram mortis. 18 Eo quod non
eſt iniquitas in manibus meis &
oratio mea munda eſt. 19 Ter
ra non abſcōdet ſanguinē meum,

neq; erit locus clamoribus meis.
20 Et nunc ecce in cœlo teſtis
meus, & noti mei in excelſis.
21 Fratres mei, & amici mei a-
pud Deum effudit oculus meus.
22 Vtinam enim mactaret ho-
mo Deo, ſicut vir ſocio ſuo.
23 Quia numerus annorum eius
adueniunt, & per viam quæ non
reuocatur ibo,

CAP. VXII.

SPiritus meus cõturbatus eſt,
& dies mei extincti ſunt, pa-
rarunt mihi ſepulchrum. 2 Quia
non eſt falſitas apud me, & in
amaritudine eorum pernoctauit
ſpiritus meus. 3 Pone taberna-
culum

culum meum apud te, quis iſte
tradit manus meas? 4 Quoniã
cor eorum abſcondiſti ab intel-
ligentia, propterea eleuabitur in
diſceptatione. 5 Et magnifica-
bitur amicus ſupra amicũ ſuum,
& oculi filiorum eorum obſcu-
rabuntur. 6 Et erexit poteſta-
tem populorum, & coopercu-
lum ſuper facies eorũ ero. 7 Do-
luit præ furore oculus meus, &
omnes conceptus mei veluti vm
bræ. 8 Obſtupeſcent recti de
hoc, & innocens cum reo excu-
tietur. 9 Tenebit iuſtus viam
ſuam, & tolerabit, & qui habet
mundas manus addet ſuper for-
titudinem. 10 Veruntamen en
omnes vos pænitentiam egiſtis,
&

& cõuersi estis, & venistis ad me,
& non inueni in vobis qui sit sa-
piens. 11 Traducentes dies an-
nullantes cogitationes, perden-
tes cordes populorum. 12 No-
cti in diem positi estis, & lumen
recedere feciſtis à conſpectu te-
nebrarum. 13 Si expectauero in-
fernum domus mea est, & in te-
nebris stratum meum straui.
14 Corruptionē appellaui, Pa-
ter meus es tu, & matrē meā, &
sororē meā, *tineam. 15 Vbinam * siue
igitur spes mea? & fiducia mea? formi-
& spem meam quis inueniet? ca ru-
16 Cum firmitate ad inferos de- bra.
scendetis, & simul ad puluerem
descendent.

CAP. XVIII.

ET respondit Baldad Scuih-
hites & dixit. 2 Vsquequo
ponitis contrarium verbis, perci-
pite, & nouissime loquemur.
3 Quare reputati sumus vt iu-
mentum, & contaminati sumus
in oculis tuis? 4 Occidens animã
tuã furore suo, en propter te de-
relinquetur terra, & transfere-
tur mons de loco suo? 4 Atque
etiam lucerna impiorum extin-
guetur, atque etiam dissoluetur,
flamma ignis eius. 6 Lux obte-
nebrescet in tabernaculo suo, &
lucerna eius lucescet * supra eũ.
7 Fędabuntur gressus eius cum
dolo-

* contra.

doloribus illius, & immerget eũ
cogitatio ſua. 8 Quia extendit
pedem ſuum per rete, &, ſupra
ſtoram ambulauit. 9 Et tenuit
laqueum per veſtigium eius, in-
ualeſcent aduerſus eum ſites.
10 Abſconditus eſt in terra fu-
nis eius, et rete eius ſuper ſemi-
tas gyrabit. 11 Circumdederũt
eum ordines ſtuporis, et diſſipa-
uit ipſos pedes eius. 12 Et erit
fames dolor eius, et fractio ſtabi-
lita eſt generationibus eius.
13 Deuorentur detrimento ci-
uitates eius, et ſtabilitate bra-
chiorum primogenitum eius.
14 Auelletur de tabernaculo e-
ius fiducia illius, et accelerabunt
eum ſtupores regis. 15 Et inha-
bitent

bitent in loco eius, quia non eſt
homo, iactetur ſuper terrā eius
locus ſulphur. 16 Deorſum ra-
dices eius areſcent, et ſurſum de-
cidet vindemiatio eius. 17 Peri-
bit memoria eius de terra, et non
habet nomen ſuper faciem crea-
turæ. 18 Euertent eum de lu-
ce ad tenebras, et de orbe terra-
rum expellent eum. 19 Non eſt
ei nomen, neque memoria in po-
pulo, neque erit ei ordo in habi-
taculo eius. 20 De diebus eius
obſtupeſcent nouiſſimi, et primi
eleuata eſt operatio eorū. 21 Ve
rumtamen hæc ſunt tabernacu-
la iniqui, et hic eſt locus illius
qui ignorat Deum.

CAP.

CAP. XIX.

ET respondit Iob, aitque:
2 Quousque affligitis ani-
mam meam, & dolere facitis me
verbis. 3 En decem vicibus re-
prehenditis me, & non erubesci-
tis* mihi, & non erubescitis cõtri * i. mea
stare me. 4 Et si vere errauerim causa.
apud me erit error meus. 5 Et
si propter veritatem magnifica-
ti estis super me, & redarguistis
me, & improperastis me. 6 Sci-
tote itaq; Deum me condemna-
uisse, & rete suum extendisse su- *cõque
per me. 7 Et si vlulauero, ne- st' fuero
mo respondet mihi, & si* accu- vel cla-
sauero vt vindices mihi. 8 Vias mauero.

meas circumſepſit, ne tranſirem,
& poſuit tenebras ſuper ſemitas
meas. 9 Honore meo ſpoliauit
me, & tranſire fecit coronam ca
pitis mei. 10 Eradicauit me ex
omnibus lateribus meis, & abiui,
& abſtulit vt lignum ſpem meã.
11 Et cõtriſtauit me furor eius,
et reputauit me ſibi vt inimicum.
12 Et ſimul venerunt aduer-
ſus nuncios eius, & ſtrauerunt
contra me vias ſuas, & habitarũt
circa tabernaculum meum.
13 Fratres mei elongati ſunt à
me, & amici mei tranſierunt.
14 Et ſeiuncti ſunt proximi mei
à me, & noti mei obliti ſunt me.
15 Habitatores domus meæ, &
ancillæ meæ vt alienum reputa-
runt

rũt me, & alienigena factus sum
in oculis eorum. 16 Seruum
meum vocaui, & non respon-
dit mihi, & supplicaui ei verbis
oris mei. 17 Et deprecatus sum
eum, & factus sum alienus vxori
meæ, & deprecatus sum filiũ vi-
scerũ meorum. 18 Atque etiam
iniqui contempserũt me, steti, &
loquuti sunt in me. 19 Contem-
pserunt me omnia * consilia con- * Rges
siliorum meorum, atque etiam cõsilio-
amici mei conuersi sunt aduersus rũ meo
me. 20 Pellis mea, & caro mea rum.
adhæserunt ossibus meis, & eua-
si per cutim dentium meorum.
21 Propitiamini mihi, propitia-
mini mihi vos amici mei, quia ma
nus Dei tetigit me. 22 Cur per-

ſequimini vos me ſicut Deus? &
ex carne mea non ſaturabitis?
23 Quis enim effecit vt ſcribe-
rentur verba mea, & deſignaren
tur in volumine? 24 Et calamo
ferri, & penna plumbi in æter-
num,& ſuper lapidem ſignentur.
25 Et ego ſcio redemptorem
meum viuum eſſe, & in fine ſu-
per terram reuelabitur. 26 Et
ſuper pellem meam circumtulit
hæc,& ſuper carnem meam,ſi vi
derit Deū oculus meus. 27 Vi-
derūt lumen renes mei,cōſumen
do cōſumptus ſum à cōſtitutione
mea. 28 Et dicitis,quare perſe-
quimur eum? Bonum autem ver
bum inuenit poſt me. 29 Re-
cedite vobis à conſpectu gladij,

quo-

quoniam ira peccatorum gladius eſt, vt agnoſcatis eſſe iudicium.

CAP. XX.

ET reſpõdit Zuphor Nacamatitas, & dixit. 2 Propter greſſus meos reſpõderũt mihi, et propter me expectarunt me. 3 Correptionẽ redargutionis meæ audire fecit, & ſpiritus intelligentię meæ reſpondebit mihi. 4 Hæc ſciui ab æterno ex eo quo creatus eſt Adam ſuper terram, quis fecit hominem ſuper terram? 5 Quia laus impiorum ab intrinſeco eorum, & gaudium idololatræ vſq; ad tempus exiguum:

 6 Si

6 Si aſcenderit in cælū, eius ela-
tio, & caput eius vſque ad nubes
peruenerit. 7 Vt turbo in æter
num peribit, & videntes eum di-
cent vbi eſt? 8 Et ſicut ſomniū
volabit, & non inuenietur, & ef-
fugiet vt viſio noctis. 9 Oculus
qui vidit eum, non amplius ad-
det videre eum, neque amplius
videbunt locum eius. 10 Filij
eius confringentur paupertate,
& manus eius extendentur in na
tiuitate eius. 11 Oſſa eius plena
ſunt medulla, & cum eo ſuper
terram recubabunt. 12 Si ſua-
uis reddita fuerit in ore eius ma-
litia ſua, & fraudem ſub lingua
ſua abſcondet. 13 Propitie-
tur ei, & non derelinquet eum,

&

& prohibet illum intra eius tene
bras. 14 Panis eius in interiora
eius reuertetur, & fel Dragonis
intra illum. 15 Et escam quam
inglutijt euomet de ventre suo,
& deperdet eum Deus. 16 Fel
viperæ suget, & lingua aspidis in-
terficiet eum. 17 Non videbit
in dimidio fluminum, & torren-
tum mellis, & butyri. 18 Re-
deat ad laborē, & verberabitur
cū fortitudine, posteritas eius nō
iucundabitur. 19 Eo quod ex-
cogitauit derelinquere pauperē,
& domus direptionis non ædifi-
cabitur. 20 Quia ignorauit iu-
diciū suum in ventre suo, & con-
cupiscentijs suis non eripietur.
21 Non est qui eripiatur de eius

generatione, propterea non per-
manebit bonitas eius : 22 In
menſura, qua menſus fuerit retri
buetur, & tota manus iniquorũ
veniet aduerſus eum. 23 Et erit
in perditionem conceptio eius,
et aſcẽdet in eum ira furoris eius,
et pluere faciet ſuper eum in mi-
litia eius. 24 Quia fugit de ga-
leá ferri, tranſeat ſuper eum ar-
cus æris. 25 Extrahat, et edu-
cat interius eius, et pellis fel-
lis eius, diſcerpetur ſuper eum
veritas fortitudinis. 26 Et om
nes tenebræ abſconditæ ſunt ad
generationes eius, deuorabit eũ
ignis, qui non eſt ſufflatus, et no-
cebit reliquijs in tabernaculo
ſuo. 27 Reuelabunt cœli pec-

cata eius, et terra vlciſcetur ab
eo. 28 Detegentur fundamen-
ta domus eius, et flagellabitur in
die furoris. 29 Hoc eſt verbum
hominis impij à conſpectu Dei,
et hæreditas verborum eius à cel
ſitudine.

CAP. XXI.

ET reſpondit Iob, & dixit.
2 Audite auditionem ver-
borum meorum, et ſit in vobis
intellectio. 3 Suſtinete me, vt
loquar, et poſt meum reſpōſum
illudite me. 4 Dicam filio ho-
minis verba mea. Cur contriſta-
ris ſpiritus meus? 5 Conuerti-
mini ad me, et obſtupeſcite et po

nite manus veſtras ſuper os ve-
ſtrum. 6 Quoniam ſi ego recor
datus fuero, tremefactus fuero,
& obtinuerint carnem meam
vertigines. 7 Quam ob cauſam
impij viuunt, & inueteraſcunt gi
gantes fortitudinis? 8 Semen eo-
rum ſtabile eſt coram eis, & filij
eorum ante oculos eorũ. 9 Do-
mus eorum ſilent ob timorem, et
non eſt virga Dei ſuper illos.
10 Taurus eius tranſit, & non
clamat, & eripitur vacca eius, &
nõ eſt corrupta. 11 Emittuntur
vt oues filij eorum, & nati eorũ
ſaltant. 12 Acceperunt tym-
pana, & cytharas, & gaudent ad
vocem* pſalterij. 13 Complent
in bonis dies ſuos, & ſubito ad
infe-

* cantus.

inferos deſcendunt. 14 Et di-
cunt Deo, tranſi à nobis, & ſcire
vias tuas nolumus. 15 Et dicũt
quis eſt Deus vt colamus eum?
aut quid lucramur vt rogemus
eum? 16 En nonne in manibus
eorum beatitudo eorum, & co-
gitatio impiorum elongata eſt à
me. 17 Quoties extinguetur lu
cerna impiorum, & veniet aduer
ſus eos contritio, corruptionem
diuidet furor eius. 18 Et erunt
ſicut palea ante ventum, & ſicut
puluis, quem portat turbo.
19 Deus ſeruabit iniquitatem
eius filijs illius, & retribuet ei, &
ſciet. 20 Et videbunt oculi eius
perniciem illius, & de ira Dei bi-
bet. 21 Quæ eſt voluntas eius
in

in domo eius poſt illum,& nume
rus menſium eius reſeruabuntur
filijs eius. 22 Deũ docetis ſcien
tiam? quia ipſe excelſos iudica-
bit. 23 Quod ſi is morietur in
fortitudine ſecuritatis, quia fre-
tus erat,& quietus. 24 Et late-
ra eius plena ſunt adipe, & oſſa
eius plena ſunt medulla. 25 Hic
moritur cum animo amaro, ne-
que manducauit in bonis. 26 Si-
mul ſuper terram recubãt,& pul
uis operuit eos. 27 Ecce ſcio
mentem veſtram, & conſilium
quod in me excogitatis. 28 Quia
dixiſtis, vbinam eſt domus iu-
ſti? & quale eſt tabernaculum
habitationis impij? 29 Non e-
nim interrogaſtis viatores, & ſi-
gna

gna eorum non cognouiſtis?
30 Quia in diem confractionis
reſeruatur * malum, & ad diem *vel ma
furoris in memoriam reducitur. lus.
31 Quiſnam oſtendet ei viam,
& id quod fecit quis retribuet ei?
32 Ille autẽ vadit ad ſepulchrũ,
& accidenti reſeruatur. 33 In-
glutiunt eum* profunditates tor *conca
rentis, & poſt illum quilibet tra- uitates
hitur, & ante eum non eſt nu- ripæ.
merus. 34 Et quomodo confor
tatis me, vanitatem, & vomitum
adepti ſunt ante me.

CAP. XXII.

ET reſpondit Eliphoz Tamo
nitas, & dixit. 2 Nunquid
cum

cum Deo, dicis vir, tu æquauiſ-
ſes ei in ſapientia. 3 Et quæ ſit
vtilitas, quia tu mundas efficis
vias tuas. 4 Ex timore tuo re-
darguet te, & ingredietur in iu-
dicium tecum. 5 En malitia tua
magna eſt, & non eſt terminus
peccatis tuis. 6 Quia ſumpſiſti
pignus fratrum tuorum inaniter,
& indumentis nudorum ſpolia-
re feciſti. 7 Non aqua potaſti
perturbatos, & eſurientem pri-
uaſti pane. 8 Eſt vir qui ſemi-
nauit ſibi terram, & Dominus
violentus* ſumit eam ab eo. 9 Vi
duam dimiſiſti vacue, & brachiũ
pupilli humiliaſti. 10 Propte-
rea circumdederunt te laquei, &
terrificauit te tremor extemplo.

* per vim.

11 Vnde tenebras non vidisti,&
eluuies aquarũ operiet te. 12 Ec-
ce Deus eleuauit cœlos, & vidit
verticem stellarum, qui eleua-
tus est. 13 Et dicis quod nouit
Deus, forsitan intra caliginem iu-
dicabit? 14 Nubes latibulum
eius, & non viderũt, & super sphę
ram cœli ambulat. 15 Viam sæ
culi obseruas, quam conculcarũt
populus falsitatis sine tempore
ipsorum. 16 Et in transitu flu-
minis interdicti sunt, & non sunt
recordati illum, qui stabiliuit ex
fundamenta eorum. 17 Et di-
cunt Deo, recede à nobis, & quid
facit nobis Deus? 18 Et ipse re-
pleuit domos eorum bono, &
mens iniqui elongata est ab eis.

19 Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.
20 Nisi humiliabuntur à duritie sua, & reliquias eorum deuorabit ignis. 21 Merere autem cũ
illo, & redde illis de frugibus tuis
bona. 22 Suscipe ex ore eius
legem, & pone verba sua in corde tuo. 23 Si reuertaris ad Deũ,
ædificaberis, & si remoueris iniquitatem à tabernaculo tuo.
24 Et congregabis argentum vt terram, & vt arenam maris aurum * Ophir. 25 Erit Deus in
adiutorium tuum, & argentum cogitationum erit tibi. 26 Et
eriges ad Deum faciem tuam.
27 Et oraueris ante eũ, & exaudiet te, & perficies vota tua.

*pretiosum, purum.

28

28 Et dices verbũ, & ſtatuet ti-
bi, & ſuper vias tuas luceſcere fa
cit. 29 Quia qui humiliabitur
dixit quod exaltaretur, & qui ha
bet oculos humiles redimetur.
30 Eripietur innocens vbicun-
que fuerit, & eripietur cum pu-
ritate manuum ſuarum.

CAP. XXIII.

ET reſpondit Iob, & dixit.
2 Etiam hodie amaricata
eſt hiſtoria mea, & manus eius
grauata eſt ſuper gemitus meos.
3 Quis enim fecit vt poſſẽ attin
gere vſque ad thronũ eius? 4 Et
ordinare ante eum iudicium, &
os meum replere redargutionẽ.

5 Et cognoui vero quid respon
debat mihi, & intelligebã quid
dicebat mihi. 6 Cum multitu-
dine fortitudinis iudicat mecũ,
& nisi timorẽ poneret supra me
ibi recte iudicarem cum eo. 7 Et
superabam, & eripiebar in iudi-
cio. 8 Si ante me pręiuerit igno-
ro, & si post me non intelligo il-
lum, 9 Ad signistram meam
quæsiui, & non apparuit mihi,&
cõuersus sum ad dexteram meã,
et non vidi eũ. 10 Ipse agnoscit
viam meam, & pactum meum,
& inuestigauit me vt aurum, &
exiui. 11 Et in semitis eius con-
firmatus est pes meus, vias eius
custodiui, & non despexi man-
data labiorum eius. 12 Et non
recessi

recessi à voluntate eius, obserua-
ui verba oris eius. 13 Et ipse in
vno ex his quod respondebit mi-
hi, quia anima eius voluit & fe-
cit. 14 Verumtamen comple-
bo pactum eius, & huiuscemodi
multa sunt cum eo. 15 Propte-
rea à conspectu eius timui, & in-
tellexi, & tremefactus sum ab eo.
16 Quia Deus tremefecit cor
meum, & caput meum tremefa-
ctum est. 17 Quia non silui à
conspectu tenebrarum, & à con-
spectu cooperculi caliginis.

CAP. XXIV.

PRopter quid à Deo non sunt
absconditæ iniquitates no-

ſtræ, & cognitæ ſunt, & non vi-
derunt dies ſuos? 2 Et terminos
tranſtulerunt, & gregem duxe-
runt. 3 Et aſinum pupilli duxe
runt, & in pignus acceperunt
taurum viduæ. 4 Et abſcondi-
ti ſunt inopes à via, & ſimul ab-
ſconditi ſunt humiles terræ. 5 Vt
onager deſerti qui præcedunt ad
eſcam, panem iuuentuti eorum.
6 Et in agro ſicco qui nō eſt illo
rum metent, & vineæ impiorum
tardo venient. 7 Nudus abſque
indumentis, & non eſt indumen
tum in frigore. 8 A tempeſta-
te, & montibus humeſient, &
propter defectum velaminis la-
pides amplectentur. 9 Rapient
de præda pupillorum, & ſuper
pau-

pauperes funes proijcierunt.
10 Nude ambulauerunt propter inopiam indumenti, & esurientes subſtulerunt panē. 11 Et inter conuiuia eorum incuruati ſunt, & eſurientes cum ſuſcipiāt modium, & menſuram, & in tempore eſurient in cœnis ſuis.
12 Et exprimendo expriment, & ſitient, & de medio ciuitatis mortui arctabuntur, & anima interfectorum clamabit, & Deus non acceptauit orationem eorū.
13 Ipſi fuerunt inter rebelles luminis, & non cognouerunt vias ſuas, nec ambulauerunt per ſemitas eius. 14 In lumine ſurgit interficiens, & interfecit pauperem, & inopem, & noctu fit ve-

luti fur. 15 Et oculi adultero-
rum obſeruant tenebras, & di-
cunt, nonne videt nos oculus, &
velat faciem ſuam tenebris?
16 Perfodit in tenebris domos,
& in die deſignat eos ne videant
lumen. 17 Propterea iniquita-
te eorum vmbra mortis eſt, &
inuenerunt, & in admirationem
adduxerunt in vmbra eius.
18 Quia mors leuis eſt, & ſuper
faciem aquarũ maledicetur por-
tio eorum in terra; in via vi-
nearum. 19 Sitis & calor, ra-
pient eos aquæ niuis, in inferis
peccauerunt. 20 Errauerunt à
vulua, ſuxit eos puluis, & mor-
tui amplius non commemora-
buntur, & confringetur vt li-
gnum

gnũ iniquus. et ſterilis 21 peſſima
non generabit, & viduæ non be-
ne fecerunt. 22 Et poſſeſſio for
tis in virtute eius perſeuerabit,
& non credet viſionem. 23 Et
habitauit in ſilentio & confidet,
& oculi eius ſuper vias eorũ ele-
uabuntur. 24 Paululum & non
ſunt, & humiliabuntur, & peri-
bunt omnes irritantes, & vt ver-
tices ſpicarũ areſcent, & conte-
rentur. 25 Et ſic nõ fecerit furor
eius mendacem me efficiat, &
reputetur ante Deum verbum
meum.

CAP. XXV.

ET reſpondit Beldot Sciui-
tas, & dixit. 2 Poteſtas, &

timor cum eo eſt,fecit pacem in
excelſis ſuis. 3 Et non eſt nume
rus virtuti eius, & ſuper quem
non oritur lumen eius? 4 Et
quomodo iuſtificetur homo à
Deo? aut quomodo iuſtificetur
natus mulieris. 5 Ecce luna nõ
poteſt iuſtificari, & ſtellæ non
ſunt iuſtę in cõſpectu eius. 6 Ve
re autem homo puluis eſt, & fi-
lius hominis vermis eſt.

CAP. XXVI.

ET reſpondit Iob, & dixit.
2 Cur adiuuas tu ſine virtu-
te, & ſaluas brachium ſine forti-
tudine? 3 Quid cogitaſtis ſine
ſapientia, et doctrinam multam
ſigni-

ſignificaſti? 4 Cui oſtendiſti ver
ba,et ſpiraculum cuius exiuit ex
te? 5 Ecce gigantes interficiun
tur, et ab aquis ſilent. 6 Nudũ
eſt infernum ante eum,et non eſt
operculum perditioni. 7 Exten
dit Aquilonem de deſerto,et pe-
pendit terram ſuper nihil. 8 Li-
gauit aquas nubibus ſuis, et non
eſt ſciſſa nubes ſub eas. 9 * Te- *clau-ſit.
nuit faciem operimenti,et exten
dit ſupra illud nubes. 10 Signa-
uit circulum ſuper faciem aqua-
rum,quouſque completa eſt lux
cum tenebris. 11 Columnæ cœ
li horreſcũt, et obſtupeſcent ob
increpationem eius. 12 Virtu-
te ſua increpauit mare, et in ſa-
piẽtia viuificat plurimos. 13 Spi-
ritu

ritu ſuo cœlum gubernat, et in-
terfecit manus eius ſerpētem qui
fugit. 14 Ecce hæc omnia exter-
mino viarū eius, et qualis ſermo
malus auditus eſt de eo, et mul-
titudinem præſtantiæ eius quis
percipiet?

CAP. XXVII.

ET addidit Iob exempli-
ficare exemplum ſuum,
et dixit. 2 Viuus eſt Deus, qui
impediuit iudicium meum. Et
robuſtus, qui amaricauit animam
meam. 3 Quam prohibuit in
me, et ſpiritus Domini in naribus
meis. 4 Si loquerentur labia
mea iniquitatem, et lingua mea

ſi loqueretur fraudem. 5 Abſit
mihi donec moriar, non tranſi-
bit ſimplicitas à me. 6 Et in iu
ſtitia mea ſufferam, et non rela-
xabo, neq; doluit mihi cor meũ
à diebus meis. 7 Et erit vt im-
pius inimicus meus, et oſor meus
vt iniquus. 8 Quæ eſt ſpes ido-
lolatræ poſſidentis opes in tem-
pore, quo aufert Deus ipſammet
animam eius? 9 Quia non audit
Deus vocem orationis eius, cum
aduenerit aduerſus eum malitia.
10 Si enim in potente confiſus
fuerit, et vocauerit Deum in om
ni momentu. 11 Exaudiet eum
Deus, et audiet eum. Vos enim
trado vobis per Deum, quod ope
ra veſtra ab eo non ſunt abſcon-
dita.

dita. 12 Ecce vos omnes vidi-
ſtis, et quare magnificemini fru-
ſtra? 13 Ecce hæc eſt pars homi
nis impij à conſpectu Dei, et hæ-
reditas nocentium, quam ab om
nipotente ſuſcipient. 14 Si mul
tiplicati fuerint filij eorum in bel
lum, & nati eorum nõ ſaturabun
tur pane: 15 Reliquiæ eorum
morte ſepelientur, & viduæ eo-
rum non plorabunt. 16 Si con-
gregauerint argentum vt terra,
& vt limus ſtabiliuerint indumẽ-
tum, ipſi pręparauerint, et iuſtus
induetur, & argentũ eorum diui-
det. 18 Aedificauit enim vt ara-
nea domũ ſuã, & vt vmbraculũ
fecit tabernaculũ ſuũ. 19 Quia
diues recumbet, et non addet re-
ſur-

surgere, oculos suos aperuit, &
non est. 20 Apprehendet eum
tremor vt aqua, & vt turbo vo-
lans tollet eum ventus de nocte.
21 Et descendet, & elongabunt
eum de loco suo. 22 Et proij-
ciet eum sine pietate, & de manu
eius fugiendo fugiet. 23 Percũ
tiet eos manus sua, & sibilabit
aduersus eos de loco suo.

CAP. XXVIII.

QVia habet argẽtum venam,
& locũ, qui aurum effun-
dunt. 2 Et ferrum de terra ef-
funditur, & de petra effunditur
æs. 3 Finem posuit tenebris, &
omnem terminũ ipse cognoscit,
lapi-

*foueę. lapidem * malefici, & vmbram
mortis. 4 Sciſſuram hęreditarũt
de populo alienigena, in obliuio-
nem venerunt de torrentibus, et
minorati ſunt ab hominibus.
5 Inundauerũt terrã de qua exię
runt opes, & ſub ea vertitur ve-
lut ignis. 6 Et locus zaphyri lapi
des eius, & effuſio argẽti in ſemi-
tis eius, nõ agnouit eam volucris,
& non vidit eam oculus vultu-
ris. 7 Et conculcauit eam ani-
mal, neque tranſibit ſuper eam
leo. 8 Lapide ſilicis porrexit
manum ſuam, & euertit à radici-
bus eorum montes. 9 Fortitu-
dine ſua flumina diuiſit, & om-
nem honorem vidit oculus eius.
10 Et fortitudinem fluminum
con-

concluſit, & ab operculo exijt
lux. 11 Et ſapientia vnde inue-
nietur? & qualis eſt locus intelli-
gentiæ? 12 Ignorat homo the-
ſaurum eius, & non reperitur ni-
ſi in regione viuentiũ. 13 Abyſ-
ſus dicit non fuit in me, & mare
dicit non eſt apud me. 14 Non
datur aurum pro ea, neque nu-
meratur argẽtum in pretio eius.
15 Non commutatur in aurum
obrizum, & in chryſtallum, & za
phyrum. 16 Non comparatur
ei aurum, neque vitrum, neque
margaritæ optimæ, neque ſigna-
cula. 17 Et vniones non cõparan
tur ei, melior eſt ſapientia lapidi-
bus optimis, neque comparatur
ei perfectiſſimus color ſplendẽs,

&

&c in ſmaragdos. 18 Neq; in am-
brã cõmutatur, melior enim eſt
ſapiẽtia omni re. 19 Et nihil cõ-
paratur ei, margaritæ Aetiopiæ,
& lapidis rationalis non compa-
rantur ei. 20 Sapientia * venit,&
qualis eſt locus intelligentiæ il-
lius? 21 Abſcondita eſt ocu-
lis omnis viuẽtis. Et volucri cœ-
li abſcondita eſt. 22 Perditio
et mors dixerunt auribus noſtris
audiuimus auditionẽ eius. 23 Quo
niam Deus intelligere nos fecit
vias eius,& ipſe ſcit locum eius.
24 Quia ipſe videt terminũ om-
nium quæ ex terra ſunt, & ſub
omni cœlo videt. 25 Quia fecit
pondus vento, & pondus condi-
dit cum menſura. 26 Fecit le-
gem

*vestis ſacer-dotalis.

gem pluuiæ, & viam manifesta-
tionibus * vocis. 27 Tunc vidit * secre-
illam, & narrauit eam, pondera- ta, arca
uit eã, atq; indicauit eam. 28 Et na, histo
dixit homini timorem Dei ipsũ riæ, nar
esse sapientiam, & recedere à ma ratio-
lo intelligentiam. nes.

CAP. XXIX.

ET addidit Iob exemplifi-
care exemplum suum, di-
xit. 2 Quis autem fecit me si-
cut priores menses, et secundum
dies Dei, custodiuit me. 3 Ti-
morem suum fecit supra caput
meum. 4 In expandendo lu-
cernam eius * aloe, & lumine
eius ambulaui in tenebris, vt * desu-
per me.

vt fui in diebus opprobrij mei.
5 Cum Deus requiesceret super
tabernaculum meum, & cum
omnipotens circumdaret adole-
scentiam meam. 6 Cum exirem
ad portam, & vocassem, & in pla
teis veluti inops sedi. 7 Vide-
runt me adolescentes, & abscon-
derunt se, & surrexerunt senes,
& admirati sunt in me. 8 Et ma
gnifici prohibiti sunt verbis, &
manus suas imposuerunt oribus
suis. 9 Vox principum latitan
tium, & lingua eorum adhæsit
palato. 10 Quia auris quæ au-
diuit, glorificauit me, & oculus
qui vidit, testimonium perhibuit
de me. 11 Eo quod eripui pau
perem ab angustia, & pupillum
non

non habētem adiutorem. 12 Be
nedictio perditi super me ingre-
dietur, & cor viduarum lætifica-
ui. 13 Veritate indutus sum, &
induta est me, veluti pallium, &
corona iudicij. 14 Oculi factus
sū cœcis, & pedes claudis. 15 Pa-
ter factus sum inopibus, & iudi-
cium quod ignorabam, inuesti-
gaui. 16 Fregi molas iniqui, &
raptum eduxi de inter dentes e-
ius. 17 Et dixi populum pau-
perem saluabo, & velut possessio
expleberis, & velut arenā mariū
multiplicabo dies meos. 18 Ra
dices meæ plantatæ sunt super
aquas, & * vmbra pernoctabit, *taber-
& in messe vocabor, & retentus naculū.
est populus meus. 19 Et arcus

meus in manibus meis variatus
est. 20 Et si audiuissent me, &
sperauissent, & audiuissent con-
silium meum, & à sermonibus
meis non aberrauissent. 21 Et
illis placuit verbum meũ. 22 Et
expectarunt me vt pluuiam, &
os suum dilatauerunt, & veluti
*pluuia effluentissima. tympanum *. 23 Irridebo eis,
& non credent, & in lumine vul
tus mei non ambulabunt. 24 In-
uestigabo vias eorum, & redibo,
& habitabo vt rex in virtute sua,
& veluti vir tristes consolans.

CAP. XXX.

ET nunc ecce irriserunt me
ij, qui maiores sunt me in
die-

diebus, ij quorum parentes con-
tempſi, neque computaui eos cũ
canibus ouium mearum. 2 Et
virtus manuum eorum ad quid
proderat mihi, quia ſuper eos per-
dita erat omnis fortitudo. 3 Et
vi emanabit aduerſus eos, vt fur.
4 Cum fortitudine torrentis ad
habitandum in foraminibus, &
hyatibus, & ſub ſcopulis, & ſub
arboribus euertentur filij con-
temnentes cum filijs iniquis,
ibi humiliabuntur præ terra.
9 Et nunc cogitatio eorum fa-
ctus ſum, & factus ſum illis in
admirationem. 10 Contempſe-
runt me, & receſſerunt à me, &
à facie mea non cohibuerunt ſa-
liuam. 11 Quoniam poſt me çæ

perunt, & humiliauerunt me, &
fręnum in os meum inijcierunt.
12 Ad dexteram meam reſurre-
xerũt, & irretiuerũt pedes meos.
13 Et irretiuerunt me ſuper ſe-
mitas viarum ſuarum, & ſemitas
meas irretiuerũt fruſtra, & ſuper
quid intellectus meus. 14 Gauiſi
ſunt, & illis non erit adiutor, vti
hiatus magnus veniẽt, & ſub tur-
binẽ confringẽtur. 15 Quia re-
duxerũt aduerſum me perturba-
tione, & perſequuti ſunt vt ven-
tum ſemitas meas, & veluti nu-
bes, quæ tranſit redemptionem
meam. 16 Et nunc perturbata
eſt anima mea, & circumdede-
runt me dies humilitatis meæ.
17 Nocte oſſa mea grauata ſunt
ſuper

super me. 18 Et corpus meum
non habitauit in multitudine vir
tutis, indutus sum indumento
meo, & accinctus sum tunica
mea. 19 Assimilarunt me lu-
to, & assimilatus sum vt puluis,
& cinis. 20 Clamabo ad te, &
non exaudies me. 21 Resurre-
xi, & intellexi in me, & fecisti me
tibi inimicum, & in fortitudine
manuum tuarum compede im-
posuisti me. 22 Et eleuasti me,
& recubare fecisti me super ven
tum, & humiliasti me, & mise-
rabilẽ me fecisti. Itaq; scio quod
me ex morte reuocaberis in do-
mum portus omnium viuentiũ.
24 Verumtamen ne extendat
manum suam, & quando clama-

uero ad eũ redimat me. 25 Fle-
ui super pauperem in die, & ani-
ma mea perturbata est propter
inopem. 26 Expectaui bonum,
& venit malum, expectaui lu-
cem, & venit caligo. 27 Inte-
riora mea tremefacta sunt, & non
quieuerunt, præuenerũt me dies
humilitatis meæ. 28 Triste am
bulaui sine ira, steti in cõcilio, &
fleui. 29 Frater factus sũ anima-
libus similibus cani, & amicus fi-
liabus struthionũ. 30 Pellis mea
contracta est super me, & ossa
mea arefacta sunt vt in æstu.
31 Facta est cithara mea in mę-
stitiam, & psalterium meum in
vocem fletus.

CAP. XXXI.

PEpigi pactum cum oculis
meis, ne * intelligam virgi- *cōſide
nem. 2 Et quæ eſt diuiſio Dei rem.
quæ eſt deſuper, & hæreditas Dei
quæ eſt de celſitudine? 3 Niſi
confractio eſt iniquis, & aliena-
tio aduerſus operantes iniquita-
tem. 4 Ipſemet vidit dies meos,
& omnes greſſus meos numera-
uit. 5 Si ambulaui cum falſis,
& ſi accelerati ſunt pedes mei ad
currendum cum fraude. 6 Pon
deret me ſtatera æquitatis, &
ſciet Deus perfectionem meam.
7 Si declinaui greſſus meos de
via, & ſi abiuit cor meum poſt
oculos meos, & ſi conglutinatū

eſt

eſt in me aliquid. 8 Niſi ſemi-
nauiſſem, tunc comediſſem, & ſi
plantauiſſem tunc nutriuiſſem,
et collegiſſem. 9 Et ſi allectum
eſt cor meum ad mulierem alie-
nigenam, & ad portam proximi
mei ſi inſidiatus fuiſſem. 10 Sed
molliuit alijs vxor mea, & pen-
ſiſſet in loco alieno. 11 Quia
ipſa eſt peccatũ, & ipſa eſt oculus
aſtutiæ. 12 Et ignis eſt qui vſq;
ad perditionem deuorat, & om-
nes fruges meæ eradicabuntur.
13 Si contempſi iudicium ſerui
mei, & ancillæ meæ quando iu-
dicabant mecum. 14 Sed dixi,
quid faciã quando reſurgit Deus,
et quando præcipit Deus quid
reſpondebo ei? 15 Quia ecce
in

in ventre fecit me seruum suum,
et per viscera condidit me. 16 Si
priuaui pauperem illo quod vo-
luit, et si obscuraui oculos vidua-
rum. 17 Et si comedi panem
meum solus, et non pupillus ex
eo manducauit. 18 Quia à pue
ritia mea nutriuerunt me dolo-
res, et ex ventre matris meæ su-
spiria. 19 Si vidi perditum prop
ter inopiam induméti, et non est
cooperculum inopi. 20 Sed su
per genua mea educati sunt, et à
velleribus ouium mearum cale-
facti sunt. 21 Si eleuaui manũ
meam aduersus pupillum, sed
quando vidi eum in terra, adiuui
eum. 22 Humerus meus à iun-
ctura sua cadat, et brachiũ meũ à
ner-

neruo suo cõfringatur. 23 Quia
timor Dei tremefecit me, et fra-
ctio eius venit aduersus me, et
propter tremorem eius non po-
tui resurgere. 24 Si feci aurum
fiducia mea, et si dixi de lapide
bono tu es fiducia mea, et si dixi
de auro purissimo tu es spes mea:
25 Et si lętatus sum cum multi-
plicata fuisset possessio mea, et
cum multipliciter reperit manus
mea. 26 Si vidi lumen cum or-
tus fuisset, et lunam mixtam es-
se. 27 Si abijt, et humiliatum
est in abscondito cor meum, et
osculata est manus mea os meũ.
28 Etiam ipse vidit omnes ver-
sutias meas, et si mentitus sum
coram Deo. 11 Et si gauisus
sum

ſum in confractione oſoris mei,
& ſi exultaui quando factum eſt
ei malum. 30 Et ſi tradidi os
meum peccato, & anima mea
vnum ex ijs non petijt. 31 Sed
dixerũt amici mei, quis autem tri
buit nobis ex carne ſua, & non
ſaturati ſumus? 32 In plateis
non pernoctare feci peregrinum,
& portam meam viatori aperui.
33 Si abſcondi vt homo pecca-
ta mea, ſi abſcondi in latibulo
delicta mea. 34 Si conculcaui for
titudinem multorum, ſed multi-
tudo tribuũ fregit me, et hominẽ
nõ auerti in porta, et eloquiũ labi
non rum meorũ non recogitaui,
curæ Dei humiliauerunt me.
35 Quis autem tribuit, quis au-
diet

diet te, si est Deus exaudiat me,
& scribat in volumine iudicia vi-
ri. 36 Deum super humerum
meum tollam, & feci eum mihi
coronam. 37 Et numerum gres
suum meorum ostendam ei, & vt
principi indicabo ei. 38 Et ad-
uersum me terra vlulabit, & sul-
ci eius simul flebunt. 39 Si co-
medi virtutem eius sine argen-
to, & animam amaram si ine-
briaui, pro frumento exeat ster-
cus, & pro ordeo exeat spina.
Et completi sunt sermones eorũ.

CAP. XXXII.

ET siluerunt hi tres viri qui quærebãt condemnare Iob,

quia

quia ipse factus est iustus in ocu-
lis eorum. 2 Et iratus est Alihu
filius Varachiel Bozoïthes de
Tribu Ramon, iratus est furor
eius aduersus Iob, eo quod iu-
stificauit animam suam melius
Deo. 3 Et iratus est in tres so-
cios suos, eo quod non potuerunt
dare responsum ipsi Iob, neque
condemnare eum. 4 Et Alihu
reprehendebat ipsum Iob verbis,
quia non senuerunt multo ma-
gis quàm ille diebus. 5 Et vidit
Alihu non posse dare illi respon-
sa illos tres viros, & iratus est fu-
ror eius, & respondebit Alihu
Varachiel Bozoïthes, & dixit.
7 Quia minor ego sum vobis in
diebus, & vos seniores estis, prop-
terea

terea timui, & tremui indicare
vobis ſcientiam meam. 8 Ego
enim dixi dies loqui, & multi-
tudinem annorum docere ſapien
tiam. Vere ſpiritus eſt in homi-
ne,& ſpiraculum eius eſt, intelli-
gere facit eos. 9 Non itaque
multitudo dierum ſapientes effi-
ciunt, neque etiam ſenes intelli-
gunt iudicium. 10 Propterea
dicam, audite me, & ego etiam
oſtendam vobis ſciẽtiam meam.
11 Ecce ſilui vobis, & verba ve-
ſtra auſcultaui, donec conſum-
pſiſtis, & inueſtigaui vos verbis.
12 Et teſtimonia veſtra etiam
intellexi, & ecce non habet Iob
redarguentem, neque qui dat il-
li ex vobis reſponſum. 13 Quia

dici-

dicitis inuenimus ſapientiá, Deus
percuſſit eum, & non homo.
14 Non dicam contra verba, &
verbis veſtris non præcipito me
ad illum. 15 Obmutuerunt, &
amplius non reſponderunt ei, &
receſſerunt ab eo, & ſiluerunt.
16 Quoniam non loquuti ſunt,
quia ſurrexerunt, & amplius
non reſponderunt ei. 17 Re-
ſpondebo etiam ego verbum
meum, & oſtendam etiam ego
ſcientiam meam. 18 Quia reple
tus ſum verbis, & effuſus eſt ſpi-
ritus in ventre meo. 19 Ecce
venter meus dolet, & non aperi-
tur, & ſicut pomum in menſe diſ
rumpitur. 20 Loquar, & dila-
tabit mihi, aperiam labia mea, &

dabo responsum. 21 Et non su-
mam personam hominis, & à fa-
cie hominis non confundar.
22 Quia nescio confusionem, et
paulo post sumet me fortitudo
mea.

CAP. XXXIII.

VEruntamen audi Iob verba
mea, & omnes sermones
meos ausculta. 2 Ecce aperui
os meũ, & ore meo loquitur lin-
gua mea. 3 Rectum est eloquiũ
oris mei, et electũ est dictũ labio-
rum meorũ. 4 Spiritus Dei su-
scitauit me, et spiraculũ Dei viui-
ficauit me. 5 Si poteris responde
mihi sermonẽ, præpara te, & sta-
ante

ante me. 6 Et ego etiam ſicut tu
ſum apud Deum, et ego etiam de
luto coagulatus ſum. 7 Et nunc
timor meus non tremefaciet te,
& fames meas ſuper te nõ aggra
uabitur. 8 Veruntamen in au-
ribus meis, & vocem verborum
tuorum audiui. 9 Te dixiſſe
quod innocens ego ſum ſine de-
lictis, & iuſtus ſum, & non ſunt
in me peccata, & liber ſum ini-
quitate. 10 Quia ecce fruges
aduerſus me reperit, & reputa-
uit me ſibi inimicum. 11 Et po
ſuit in compede pedes meos, &
obſeruauit omnes vias meas.
12 In hoc non potes iuſtificari,
dabo tibi reſponſum, quod ma-
ior eſt Deus homine. 13 Prop-
H 2 ter

ter quid iudicasti cum eo, & omnibus sermonibus meis nō respondes? 14 Quia in vno loquitur Deus, & in duobus non addit, & labia non intelligit. 15 In somno, & in visione noctis cum incidit somnus super hominē per dormitionem quę est super accubitum. 16 Tunc manifestat aurem hominum, & per correptionem eorū humiliabit eos. 17 Vt transeat homo de operibus suis. 18 Et corpus viri abscondit, & priuat animam eius corruptione, & vitā eius perditione. 19 Et redarguit dolorē super lectulū eius, & multitudinem ossium eius fortificauit. 20 Et carnē eius conficit ob timorem, & animam suā

non saturabit pane, & anima eius
escam concupiscet. 21 Mandu
cabit carnem suam præ timore
suo, & multitudinem ossium suo-
rum non videbit, 22 Et appro-
pinquabit ad corruptionem ani-
ma eius, & vita eius ad mortem.
23 Si habuerit angelum, qui au
dit illum, vnum de millibus in-
dicabit hominibus de eius recti-
tudine. 24 Et miserebitur ei, &
dicet libera eum ne ruat in cor-
ruptionẽ, & sibi inueniet redem
ptionem. 25 Mutabitur caro
eius sicut in sua pueritia, & reuer
tetur ad dies adolescentiæ suæ.
26 Et orabit corã Deo, & exau
diet illum, & acquiescet in illo,
& apparebit in conspectu eius

cum gloria, & retribuet homini
iuſtitiam eius. 27 Et rectitudi-
nem de hominibus dicet,& dicet
peccaui,& vere ſtulte egi,& non
delectaui animam meam. 28 Re
dime animam meam à perditio-
ne corruptionis, & anima mea
videbit lumen. 29 Hæc omnia
fecit Deus tribus vicibus cum
viro. 30 Reuocat animam eius
à corruptione ad videndum lu-
men viuentium. 31 Auſculta
Iob, & audi, & tace, & ego lo-
quar. 32 Si ſunt tibi verba re-
ſponde mihi, quoniam volo ego
te vincere, & niſi obediueris mi-
hi,tace,& docebo te ſapientiam.

CAP.

CAP. XXXIV.

ET reſpondit Alihu, & di-
xit. 2 Audite ſapiẽtes ver
ba mea, & vos qui auditis auſcul
tate me. 3 Quia auris vno ver-
bo, & os guſtat eſcam. Eliga-
mus nobis iudicem, & agno-
ſcet inter nos quid optimi dixi-
ſti Iob. 4 Et iuſtificaſti, & dixi-
ſti, iuſtificatus ſum. 5 Et Deus
intendit in iudicium meum ad-
uerſum me. 6 Quis eſt homo
qui perijt ſine culpa? 7 Quis eſt
vir, vt Iob qui bibet illuſionẽ vt
aquam? 8 Et factus eſt particeps,
& ſocius operantibus iniquitatẽ
cum hominibus peccatoribus vt
ambularent. 9 Et dixiſti non

iustificatur vir quando timuerit
Deum. 10 Propterea homines
cordis audite me, absit ab eo fa-
cere iniquitatem, & absit ab eo
facere peccatum. 11 Quia se-
cundum opera hominis retribuit
ei, & vir secundum vias suas re-
perit. 12 Vere Deus nō facit ini-
quitatem, neque Deus inuoluit
viam. 13 Quis præcipit terræ?
& quis fecit vniuersum orbem
terrarum? 14 Si conuerterit ad
eum cor suũ, spiritus eius, & spi-
raculum eius ad illum congre-
gantur. 15 Perit omnis caro si-
mul, & homo in puluerem reuer
tetur. 16 Et si intelligis audi
hæc, & ausculta vocem verbo-
rum meorum. 17 Qui odit iudi-

cem non iustificatur, & si inno-
cens sit non iuste condemnatur.
18. Qui dicit aduersus regem ini-
quitatem, consilium dat princi-
pibus, & consilium dat potenti-
bus. 19 Qui non sumit perso-
nam pauperum, quia omnes opus
manuum eius sunt. 20 Sub si-
lentio moriuntur, & in medio no
ctis deficient, & pereunt, & intel
ligunt potentem non in virtute.
21 Quia oculi eius super vniuer
sas vias viri, & omnes gressus eius
videt. 22 Sine tenebris, & sine
vmbris mortis est, ad abscondendum
dum ibi operantes iniquitatem.
23 Quia non amplius super vi-
rū apponet ambulare cum Deo
in iudicio. 24 Qui malefecit
mul-

multis ſine fine, & conſtituit ſi-
mul pro eis. 25 Propterea co-
gnouit eos ex operibus eorum.
26 Et conuertet eos in noctem,
& humiliabuntur ſub iniquitate
opera eorum in regione terribili.
27 Eo quod declinauerunt à ter
go eius, & omnes vias eius non
intellexerunt. 28 Ingreditur
ante eum oratio pauperis,et cla-
morem deuotorum audit. 29 Et
ſi ipſe dimiſerit quis condemnet?
Et ſi ipſe faciẽ ſuã auerterit quis
dimittat populo, aut homini ſi-
mul? 30 Quia non regnare fe-
cit hominem impium, et pecca-
torẽ in populo. 31 Quia Deus
dixit quod dimiſi non corrumpo
ſine peccatis. 32 Doce me tu
ſi

ſi feci iniquitatem, non amplius
addā dare tibi reſponſum. 33 Eo
quod peccaui, tu enim contem-
platus es, non ego, et id quod ſcis
loquere. 34 Homines cordis
dicant mihi, et vir ſapiens audiat
me. 35 Iob non cum ſcientia
loquutus eſt, et verba eius non
fuerunt cum intelligētia. 36 Ve
re inueſtigatus eſt Iob vſque ad
finem, et non reputatur inter ho-
mines iniquos. 37 Et ſi addide-
rit ſuper peccata ſua, et culpa in-
ter nos præcipitur, et offeramus
coram Deo verba eius.

CAP. XXXV.

ET reſpondit Alihu, & dixit.
2 Hæc cogitaſti in iudicio,
quia

quia dixisti iustificatus sum à
Deo. 3 Si dixisti, quid lucra-
ris supra animam tuam, & quæ
est vtilitas vt condemnem te?
4 Ego respondebo tibi verba,
atque etiam amicis tuis tecum.
5 Aspice cœlum, & contempla-
re nubes celsiores te. 6 Si pec-
caueris quid facies illi? & si mul
tiplicata fuerit iniquitas tua quid
facies illi? 7 Et si fueris tu iustus,
quid lucrari facies illũ? aut quid
sumit ex te? 8 Animæ tuæ est
impietas tua, & animæ tuæ est
iustitia tua. 9 Propter multitu-
dinem oppressionis vlulant, &
clamant propter iniquitatẽ mul
ti. 10 Et non dixerunt vbi est
Deus qui fecit nos, qui dedit co-
gita-

gitationem in nocte? 11 A con-
ſpectu animalium terræ, & à vo-
latilibus cœli ſapientes euadunt,
diſcunt. 12 Ibi clamant, & non
exaudit eos propter faſtum ma-
lorũ. 13 Fruſtra nõ audit Deus,
etiamſi Deus laudat eum, & e-
tiamſi dixiſti ne laudes eum.
14 Iudica ante eum, & ſupplica
illi. 15 Quia nunc non præcipit
furorem ſuum, neque nocet ani-
mæ. 16 Et Iob fruſtra aperuit
os ſuum, & ſine ſcientia multi-
plicat verba.

CAP. XXXVI.

ET addidit Alihu, & dixit.
2 Expecta paululũ vt oſten

dam tibi quia etiã Deo ſunt ver-
ba. 3 Accipiã ſcientiã meã e lon
ginquo, & factori meo dabo iu-
* cũ fu ſtitiam. 4 Veruntamen, vere *
rore. proiecta ſunt * verba mea, & ſi-
*vel tre ne macula ſcientia mea. 5 Te-
meſa-
cta sũt. cum ecce Deus fortis non con-
temnit illum, qui mundus eſt vt
lac. 6 Iniquus non viuit, & iu-
dicium inopibus dat. 7 Non e-
nim deficit iuſtus à cõſpectu ocu
lorum eius, ſedere facit reges ſu-
per ſedem, qui exaltantur in ſæ-
cula. 8 Et ſi ligati fuerint cathe
nis, deſcendunt cum fune ad pau
pertates. 9 Et oſtendit eis ope-
ra eorum, & ſtultitiás eorum, eo
quod corroborati ſunt. 10 Re-
uelauit aurem eorũ in correptio-
nem,

nem, & dicet pęnitentiam agent
de iniquitate. 11 Et audient, et
facient, & perficient dies ſuos in
bonis, & annos ſuos in ſuauitate.
12 Et niſi audierint per perdi-
tionem abibunt, & peribunt ſi-
ne ſcientia. 13 Et varij corde
deficient, & non clamabũt, cum
furore clamabunt cum vinciet
eos. 14 Et morietur anima eo-
rum in adoleſcentia, & vita eo-
rum fame. 15 Eripietur humi-
lis humilitate ſua, & manifeſtabit
viam ſuam in tribulatione. 16 Et
etiam liberabit te ab ore contri-
ſtantium, & dilatationẽ pro mæ-
rore, & ſtabilietur menſa plena
pinguedine. 17 Et cõdemnabit
impios plene ad iudiciũ, & in iu-

dicio

dicio capiētur. 18 Cum ſapien
tia belli non trahat te; neq; indi-
cinget te. gere faciet te copia ſalutis,& fir
mabitur ſuper te, & redimet te.
19 Ne contriſteris tibi ab om-
nibus potentibus virtute. 20 Et
à longitudine noctis, & dabit po
pulos pro te, & gentes pro ani-
ma tua. 21 Caue ne reuertaris
ad iniquitatē, quia hoc enim inue
ſtigauit in paupertate. 22 Deus
fortificat cum virtute, quis docet
vt ille pręcipit ſuper vias? 23 Et
quis dixit illi, feciſti iniquitatem?
24 Memento multa eſſe opera
eius, et laudauerunt eū. 25 Om-
nes homines laudauerūt eum, &
filij hominum viderunt eum, et
proſpexerunt de longinquo.

26 Ecce Deus fortis est, & non
cognoscitur, & numerare an-
nos eius non est finis, si numera-
uerit columnas cœli, & forma-
uerit guttas pluuiæ solus.
27 Quas emittunt cœli in tem-
pore. 28 Et effundent nubes su
per homines, & exultabunt ma-
gnificè. 29 Et quis intelliget, &
extendit nubes propter multitu-
dinẽ tabernaculi sui? 30 Et ex-
tendit supra eos lumen suum, &
fundum maris operuit. 31 Quia
in eis iudicabit populos, & dabit
escam multis. 32 Et super ma-
nus abscondet lumen, & exiuit
aduersus eos vt occurrant sibi.
33 Indicauit amicis suis posses-
sionem suã, atque etiam iniquis.

CAP. XXXVII.

ATq; etiã super hæc pauescat
cor meum,& moueatur de
loco suo. 2 Audiuit audiens vo
cem cum furore,iudicium,quod
prodit de ore eius. 3 Sub om-
nes cœlos laudabunt eum, & lu-
men eius super supercilia terræ.
4 Et in regione eius intonabit
cum voce decoris sui, & non in-
uestigabit eos,quia audient vocẽ
eius. 5 Et intonabit Deus cum
voce sua, miracula operatur, &
magnalia, & non cognoscitur.
6 Quia niui dixit,esto terra, &
imbri. 7 Et ver magnum per
quemlibet hominem signauit, &
indicat in æternum opera sua.

8 Et ingredietur animal per in-
ſidias, & habitabit in cubili eius.
9 Ex caminis veniet tempeſtas,
& ex turbine frigus. 10 Et ex
ſpiraculo Dei dabitur glacies, &
copiam aquarũ emittit, & leniter
extẽduntur nubes. 11 Et exten
dit nubes luminis ſui. 12 Et ipſe
perluſtrat, & verſatur ad faciẽdas
cogitationes omniũ, quibus præ-
cipit ſuper faciẽ orbis terræ ſuæ.
13 Si Principibus, & ſi terræ, & ſi
indigenti, qui reperitur in ea.
14 Auſculta hæc Iob, & audi, &
intellige miracula Dei. 15 Ec-
ce tu ſcis id quod poſuit Deus
ſuper illos, & manifeſtauit lu-
men nubium ſuarum. 16 Scis
tu exitum nubium, & miracula

ſine macula conſciẽtię. 17 Indu
menta tua areſcent, & transfeie-
tur terra de Auſtro. 18 Et fir-
mabis cum ea firmamentum ſta-
bile ad ſuſtinendũ ſimul. 19 In-
dica mihi quid dicam ei, & non
abſcondemur à conſpectu tene-
brarũ. 20 Et narrabo ei id quod
dicam, & ſi dixerit vir flagella-
bitur. 21 Et nunc non viderũt
lucem, luminare eſt in firmamen
to cœli, & ventus tranſibit, &
mundabit eos. 22 Ab Aquilo-
ne aurum veniet, & à Deo lumen
validum. 23 Magna eſt virtus,
& iudicium, & princeps iuſtifica-
torũ non exaudit. 24 Ideo time
bunt homines, & commouebun-
tur ab eo omnes ſapiẽtes corde.
CAP.

CAP. XXXVIII.

ET reſpondit Dominus,& di
xit ad Iob de turbine.
2 Quis eſt hic qui excogitat co
gitationem verbis ſine ſcientia?
3 Accinge vt gigas lumbos tuos
interrogabo te indica mihi. 4 Vbi
fuiſti cum conderem ego funda-
menta terrę? oſtende mihi ſi ſcis
intelligentiam? 5 Quis ſtrauit
menſuram eius ſi ſcis, & quis ex-
tendit ſuper eam lineam? 6 Su-
per quid conſtituti ſunt tranſitus
eius,aut quis proiecit lapidem in
angulos eius? 7 Creauit ſimul
ſtellas auroræ, & omnes Angeli
iubilarũt. 8 Et cõcluſit oſtia ma
ris, & tumultuauit de viſceribus,

& produxit. 9 Cum poſuiſſet
fecit nubem indumentũ ſuum,&
caliginẽ panniculũ ſuum. 10 Et
fecit portas,& ſeras. 11 Et dixi,
vſque huc peruenies,& nõ addes,
& hic permanebis cum faſtu flu
ctuum tuorũ. 12 A diebus tuis
præcepiſti matutino,ſcis tu quis
ſit locus Auroræ? 13 Ad tenen
da ſupercilia terræ, & extermi-
nabuntur ab ea impij. 14 Et
reuertetur vt limus corpus eo-
rum,& ſtabunt vt indumentum.
15 Interdicetur peccatoribus
lux eorum, & brachium excel-
ſum confringetur. 16 Ingreſſus
es in profundo maris, & per fun
damenta abyſſi deambulaſti.
17 Manifeſtatæ ſunt tibi portæ
mor-

mortis, & portæ vmbræ mor-
tis. 18 Vidiſtine vniuerſam la-
titudinem terræ? Indica mi-
hi ſi noſti. 19 In qua via ha-
bitat lux, & locus tenebrarum
quis eſt? 20 Si noſti terminos, et
ſemitas domus eius. 21 Si no-
ſti quando natus es, & numerum
dierum tuorum ſi multi fuerunt.
22 Ingreſſus es in horrea niuis,
& horrea grandinis apparent ti-
bi. 23 Quæ reſeruata ſunt in
tempus tribulationis, & in diem
certaminis belli. 24 Aut per
quam viam diuiditur lux, & exit
ventus ſuper terram? 25 Et fit
viſio, & vox. 26 Vt deſcende-
ret imber ſuper terram ſine ho-
mine, & in deſerto vbi non eſt

homo. 27 Ad saturandum om-
nem fraudem,& ad producendũ
exitum herbę. 28 Est ne Pater
imbri, aut quis genuit guttas, &
rorem? 29 Et glaciem de ven-
tre ex quo processerunt,& colo-
rē cęli quis genuit? 30 Vt lapides
indurescunt aquæ, & superficies
abyssum tenent? 32 Tenes tu su-
perficiē hyadas,aut semitã gigan
tis inferior,ecce producis rotam
in tempore suo,& stas in facie ge
minorum. 33 Nosti ne legem
cœli, aut ponis legem in terra?
34 Eleuas tu super nubes vocē
tuam, & abscondis ea in multitu
dine aquarum. 35 Mittis tu ful
gura, & abeunt, & dicunt tibi
ecce itamus? 36 Quis posuit sa
pien-

pientiam in abſcondito? aut quis
dedit viſionem intelligentiæ?
37 Quis numerauit nubes cum
ſapientia ſua? et columnas cœli
quis erexit? 38 Quis effudit
puluerem ſuper terram, & ſcopu-
los quis ſtabiliuit? 39 Quis de-
dit leoni eſcam, & animam leo-
num ſaturauit? 40 Quis multi-
plicauit animalia in deſerto?
41 Et quis dedit coruo eſcam?
42 Quia filij eius ad Deum cla-
mant, & deficiunt propter penu-
riam eſcæ.

CAP. XXXIX.

NOſti tempus quo parturiũt damæ in ſcopulis, & concipiunt

cipiunt ceruæ. 2 Obſeruas nu-
merum menſium, & ſcis tempus
generationis eorū, & quando in-
curuantur, & parturiunt? 3 Et
nutrientur filij eorum, & abla-
ctantur. 4 Quis dereliquit ona-
grum liberum, & eripitur ab il-
lo iugum? 5 Qui fecit planitiem
* steri- domum ſuam, et in regione *ſal-
li. ſa habitaculum ſuum? 6 Irriſit
multitudini ciuitatum, & non ti-
muit vocem principum. 7 Et
in multitudine montium paſcua
eius. 8 Et ſuper omnia olera cal
cat. 9 Nunquid imploras ona-
grū vt ſeruiet tibi, aut nūquid ad
præſepe tuū cubas? 10 Numquid
vinxiſti iugum ſuper ceruicem
onagri, aut ducis iugum boum
in

in regione difficili? 11 Confidis
in eo, quia multa eſt fortitudo
eius,et derelinquis ſuper eum la-
borem tuũ. 12 Credis illi quod
mundat aream tuam, et ſemen
tuũ colligit. 13 Et ſtrutio magni
ficatur,et volat,et venit,et nidifi
cat. 14 Et dereliquit ſuper terrã
oua ſua,et ſuper terrã agnoſcit ea.
15 Et oblitus eſt,quia pedes vo-
latilis habet,et animal in terra cõ
culcat illũ. 16 Multiplicauit fi-
lios,qui nõ ſunt ſui,et fruſtra labo
rauit ſine timore. 17 Quia multi-
plicauit Deus ſapiẽtiã,nec diuiſit
illi intelligẽtiã. 18 In celſitudinẽ
exaltatus eſt vt palma. 19 Deride
bit equũ et aſcẽſorem eius,das tu
equo fortitudinẽ, et induis collũ

eius

eius armis. 20 Tremefacis eũ vt
locuſta, aut terrificas eũ timore.
21 Fodit in profunditate, & exul
tat in torrente, et exit in occursũ
eius cũ armis. 22 Irridet voragi-
ni, & nõ timet, & non auertitur à
conſpectu gladij. 23 Aduerſus eũ
glorificatur pharetra, et flãma ha
ſtæ. 24 Et iaculi cũ timore, & fu
rore currit ſuper terram, & non
timet à voce cornu. 25 Cũ voce
dicit viuifica me, & de lõginquo
odoratur bellũ, et tremefacit ma
gnates hinnitu ſuo. 26 A ſapiẽtia
tua factus eſt accipiter, et extẽdit
alas ſuas ad auſtrũ. 27 Et ſuper
verbũ oris tui exaltabitur aquila
eleuans nidũ ſuum ad ſcopulum.
28 Et habitat, et cubat in ſuper-
cilio

cilio ſcopuli, & ex prȩda ſua ciba
tur. 29 Et in lõginquũ intuẽtur
oculi eius. 30 Et pulli eius sãgui
nẽ lãbunt, & vbi occiditur inter-
fectus ibi eſt. 31 Et reſpõdit Dñs,
& dixit ad Iob. 32 Multa ſunt
conſilia Dei, & ille qui redarguit
Deũ dat reſpõſum. 33 Et reſpon
dit Iob, & dixit ad Dominum.
34 Defeci mihi, quid reſponde-
bo tibi, poſui manum meam ſu-
per os meum. 35 Vnum locu-
tus ſum, & non dabo reſponſum,
& bis non addo loqui.

CAP XL.

ET reſpondit Dominus, & di
xit ad Iob de turbine. 2 Cin
ge vt gigas lumbos tuos, interro-
gabo

gabo te indica mhi. 3 Vtrum
tu annulles me, & cōdemnes me
vt iuſtificeris? 4 Habes ne *bra-
chiū vt Dei, & tonas voce ſicut
ille? 5 Induere decore,& forti-
tudine,& amici te nitore,et deco
re. 6 Et effunde irā furoris tui.
7 Et vide omnes,qui altus eſt de-
ſtrue,et pręcipita peccatores in lo
co eorū. 8 Et ſimul in terra ab-
ſcōde eos, & facies eorū cōclude
in puluere. 9 Et ego etiā glorifi-
cabo te quādo liberauit te dexte
ra tua. 10 Ecce Behemuthi quod
fecit tecū, fænū vt taurus mandu
cat 11 Et fortitudo illius poſt il
lum. 12 Eleuat caudā ſuā vt ce-
drus, & eleuātur nerui venarum
iūctarū eius. 13 Oſſa eius fortia
ſunt

*vt brachium Dei.

ſunt vt æs,& ferrũ. 14 Ipſe eſt ca
put omnium creaturarum Dei,
qui effecit eum vt faceret bellũ.
15 Et multitudo montiũ portãt
eum,et oẽ animal deſerti. 16 Sub
vmbra eius dormit, et in abſcõdi
to arũdinis cubat. 17 Circumual
lãt eum vmbræ, et circumuallãt
eũ ſalices torrentis. 18 Si exilierit
flumen non commouetur, et eſt
cõfiſũ emanare ſibi Iordanẽ vſq;
ad os eius. 19 Nubibus ſumet
illud,et rete capietur. 20 Et tene
bis dracone rete, fune capies, cũ
lingua illius,inijcis frænum in os
eius. 21 Et perforas maxillã eius
armilla eius. 22 Et ſi multipli-
cauerit quæſiuerit à te, et dixe-
rit tibi mollia. 23 Confirmat
tecum

tecum pactum aut annumeras
eum seruum in æternum. 24 Ir-
rides ei vti aui, et obseruas eum
in dies adolescentiæ tuæ. 25 Par
ticipes cōgregabuntur super eū,
et diuident illum inter multos.
26 Implet pellem eius carne, et
caput eius in vmbra ignis. 27 Po
ne super eum manum tuam, et
memoriā belli ne addas. 28 En
quiescit pes tuus, et Deust ollet?

CAP. XLI.

NOn elongabitur cum ex-
pergiscatur, et quis est qui
prior me exurget? 2 Et quis
prior me cui perficiam sub omni
cęlo quod meum est? 3 Et non
sile-

ſilebo in fortitudine eius, & in
neruis potentia eius. 4 Quis re-
uelauit etiam indumentum eius?
et quando ceciderit rete, quis ve
niet? 5 Portam oris eius quis ape
rit, & habitaculum dentiũ eius?
6 Timor qui eſt in torrente, os
eius ligatum, & vinctũ, & ſigna-
tum eſt. 7 Vnus alterũ circum-
dat, & ſpiritus non ingreditur in-
ter ea. 8 Vnum vni adhęrent,
& tenentur, & non elongabun-
tur. 9 Et viſiones eius plenę ſunt
lumine, & oculi eius ſicut radij
auroræ. 10 Et procedunt de
ore eius lampades vt carbones
ignis, et ſicut cubãtes ſuper ignẽ,
qui exardeſcunt. 11 De nari-
bus eius procedit fumus, & vt

vapor ollæ, quæ ſuccenditur.
12 Anima eius carbones inflam
mabit, & flammæ procedent de
ore eius. 13 In collo eius cubat
fortitudo, & ante eum exultabit
timor. 14 Glorioſa eſt caro eius,
& pinguis, & accumbit. 15 Et
non commouetur cor eius, effu-
ſum eſt vt lapis, & confirmatum
vt ſilex. 16 Præ timore eius nõ
commouebuntur potẽtes, & qui
ſtabiles ſunt humiliabuntur.
17 Porta gladij non poteſt erigi
curas magnatum ſuſtulit. 18 Fer
rum vt fœnum reputatum eſt il-
li, & æs vt lignum in quod inci-
dit tinea. 19 Non fugit ab ar-
cu, & vt paleæ reputatæ ſunt illi
lapides fundæ. 20 Irridet haſtę,
&

&c vt arida reputata est illi abys-
sus, & virtus eius super terram
ambulauit, quia fecit in perditio-
nem omne elatum quod videt, &
fit rex super vniuersa reptilia.

CAP. XLII.

ET respondit Iob, & dixit Do
mino. 2 Scio horum om-
nium te posse habere potestatẽ
faciendi, & à te non esse abscon-
ditam cogitationem. 3 Quis est
hic qui excogitat cogitationem
verbis sine scientia, propterea in-
dicasti mihi, & non intellexi, ne-
que cognoui maiora me. 4 Audi
me, & ego loquar, interrogabo
te, indica mihi. 5 Ad auditum

auris audiui te,nunc ecce oculus
meus videt te. 6 Idcirco ſilebo,
& ſuſcitabor ſuper pulucrem,&
ſuper cinerẽ. 7 Et factũ eſt poſt-
quam loquutus eſt Dominus ſer
mones hos cum Iob,dixit Domi
nus ad Eliphoz Thamonitem,
iratus eſt furor meus in te, & in
duos ſocios tuos, eo quod non
dixiſtis coram me iuſtitiam ſicut
ſeruus meus Iob. 8 Nunc ſumite
vobis ſeptem tauros, & ſeptem
arietes, & ite ad ſeruum meum
Iob, & offeret oblationem pro
vobis, & ſeruus meus Iob orabit
pro vobis, & faciam * in conſpe-
ctu eius, ne faciam vobis oppro-
brium, propterea quod non di-
xiſtis coram me iuſtitiam ſicut
ſeruus

*i. propter illum.

seruus meus Iob. 9 Et abierũt Eli
phoz Thamonites, & Baldad Sci
uithes, & Suphar Naamites, & fe
cerunt secundum id quod dixit
eis Dominus, & fecit Dominus
in * conspectu Iob. 10 Et Do- * i. propter.
minus restituit captiuitatem Iob
cum oraret pro amicis suis, &
auxit Dominus super omnia, quę
habebat Iob duplicitatẽ. 11 Et
venerunt ad eum omnes fratres
sui, & sorores suæ, & omnes qui
agnoscebant eum prius, & man-
ducauerunt panem cum eo in
domo eius, & tristitiam abstule-
runt ab eo, & consolati sunt il-
lum de omnibus malis quæ ad-
duxit Dominus in illum, & de-
derunt illi singuli viri vnam o-

uem,

uem,& vnā inaurem auri. 12 Et
Dominus benedixit extremita-
tem Iob,multo magis quàm prio
ritatem eius, & fuerunt illi qua-
tuordecim millia ouiũ,& sex mil
lia camelorũ,et mille iuga tauro-
rũ,& mille asinæ. 13 Et fuerũt il
li septem filij,& tres filiæ. 14 Et
appellauit nomen vnius ex illis
*.i.diē. Himoma, * & nomen secundæ
Quesluaa,& nomen tertię Quar
nofucha. 15 Et non sunt inuen
tæ mulieres tàm pulchræ vt filię
Iob in vniuersa terra, deditq. il-
lis pater suus hæreditatem cum
fratribus suis.16 Et vixit Iob post
tunc centum,& quadraginta an
nis, & vidit filios suos, & filios fi-
liorum suorum super quatuor ge
nera-

nerationes, ſenuit Iob, & ſaturatus eſt diebus ſuis, & mortuus eſt.

FINIS.



Errata, & Varias Lectiones sic corrige.

Prior numerus paginã, secundus versiculos indicat.

Pag.2.vers.4. ad edendum. 4. 14. iuga. 7. 3.tolerat,& 8.9.tua? ead. 10.Iob. 12. 18.vincti.13.24. Peruenit ante panem meũ, suspiriũ, &c. 17. 5.messuit 18.14.contrectabunt. In fine capitis huius,& tu qui habes quęrelam.29. 11.in loco sitienti.eod.15. erigetur. 31.5. conuertit. 32. 12.en si fugerit,quid facias? 33.24.velatę non sunt.34.27 cum amaritudinibus. 36.6.scrutaris vers. 10.caseũ putrescere fecisti me.42.7. & sin minus.50. in principio Protexisses,& transijsset. & vers. 18.Mouetur,& 20.eũ. 54. 23.& quomodo illescit.57.8.Quia nũc,& vers.10. dentibus suis,& ibid. *Ante inimici mei appone punctum non autem post.* 61.12. Noctẽ diei ponitis,vt est in textu.64.16.& de sursum.79.16. *dele*,ex.81. 3.quis autẽ.eadem 4.redargutione cũ interrogatiua particula. 82.9.sinistram. 84.5.onagri. eadẽ 8. velaminis,seu latibuli.86.15.nonne,ne *abundat,et interrogatio in fine periodi*.eadẽ 16 eas.eadem 17. Propterea in iniquitate. *eodẽ* & obstupescere fecerunt eos vmbrę eius.87.21. Viduę nõ benefecerũt, *vidua est dandi casus* 91.10.momento.96.19.lapides. 108. 24. fiduciam meam. 109 34. labiorum. 111. 5. Respondit. 130. 21. &, abundat. 131.7. fames mea. 146. 7. iudicat.

